Source gallica.bnf.fr / Bibliothèque nationale de France. Département des Manuscrits. Latin 9679

LATIN
9679

Titi Livij Historia in Libris Decem.

1

XVI

Suppl: 1763.

Pellibus exiguis artatur Liuius ingens
Quem mea non totum bibliotheca capit

Mart.

Suppl.t 1. 763

ACTVRVS NE SIM OPEREPRE
tium: si a primordio urbis res popli
romani perscripserim: nec satis sci
nec si sciam dicere ausim. Quippe
qui cum ueterem: tum uulgatā esse
rem uideam: dum noui semp scripto
res: aut in rebus certus aliquid alla
turos se: aut scribendi arte rudem ue
tustatem superaturos credunt. Verum
que erit: iuuabit tamen rerum gesta
rum memoriæ principis terrarum populi pro uirili parte & me
ipm consuluisse. Etsi in tanta scriptorum turba mea fama in ob
scuro sit: nobilitate ac magnitudine eorum: qui nomine offin
cit meo me consoler. Res est preterea & immensi operis: ut quę
supra septingentesimum annum repetatur: & quae ab exiguis
profecta initiis eó creuerit: ut iam magnitudine laboret sua.
Et legentium plerisque haud dubito: quin primae origines: et
proximaque originibus minus prebitura uoluptatis sint: festi
nantibus ad hæc noua: quibus iam pridem prætulerint populi uires
se ipē conficiunt. Ego contra hoc quoq: laboris præmium petam: ut me
a conspectu malorum: quae nostra tot perannos uidit aetas tantisper certe
dum prisca illa tota mente repeto auertam: omnis expers curae: quae scribē
tis animū: etsi non flectere a uero: sollicitum tn efficere possit. Quae ante
conditam condendāue urbem poeticis magis decora fabulis: q incorrupti
rerum gestarum monumentis traduntur: ea nec affirmare nec refellere
in animo est. Datur haec uenia antiquitati: ut miscenda humanis di
uinis primordia urbium augustiora faciat. Et si cui populo licere opō
tet consecrare origines suas: & ad deos referre auctores: ea belli gloria
est populo romano: ut cum suum conditorisq: sui parentem Martem
potissimū ferat: tam & haec gentes humanae patiantur aequo animo:
q imperium patiuntur. Sed haec & his similia utcunq: animaduersa
aut existimata erunt: haud in magno equidē ponam discrimine. Ad
illa prose quisque accurrer intendat animū: quae uita: qui mores fuerīt
per quos uiros: quibusq: artibus domi militiaeque & partum & auctum
imperium sit. Labente deinde disciplina paulatim: uelut discidentes pri
mo mores sequatur animo: deinde ut magis magisque lapsi sint: tū ne

BIBLIOTHÈQUE NATIONALE

coeperint præcipites: donec ad hæc tempora: quibꝫ nec uitia nrā nec reme
dia pati possimus: peruentum est. Hoc illud est præcipue in cognitione
rerum salubre ac frugiferum omnis te exempli documenta in illustri
posita monumento intueri. Inde tibi tuæque rei publicæ quod imi
tari cupias: inde fœdum inceptu fœdum exitu quod uites. Cæteꝛ
aut me amor negoti suscepti fallit: aut nulla unq̄ res p. nec maior nec
sanctior: nec bonis exemplis ditior fuit: nec in quam tam sere auaritia
luxuriaque īmigrauerīt: nec ubi tantis ac tam diu paupertati ac
parsimoniæ honos fuerit: adeo quanto minus rerum: tanto minus
cupiditatis erat. Nuper diuitiæ auaritiam: & abundantes uoluptas
res desiderium per luxum atque libidinem pereundi perdendiq; oīa
mouere. Sed querelæ ne tum quidē gratæ fuerīt: cum forsitan &
necessariæ erunt: ab initio certe tantī ordiendi rei absint. Cum bo
nis ponis omnibꝫ uotisque & precationibus deorū dearūque: si: ut
poetis: nobis quoq; mos esset: libentius inciperemus: ut ominis tanti opis
successus prosperos darent.

AM PRIDEM OMNIVM SATIS CONSTAT TROIA
capta in ceteros sęuitum esse troianos: duobꝫ Aeneæ & An
thenori: & uetusti iure hospitij: & quia pacis reddendæq;
helenæ semper auctores fuerant: omne ius belli Achiuos
abstinuisse. Lacrib⁹ deinde uariis Anthenorem cum mul
titudine Henetum: qui seditione ex Paphlagonia pulsi
& sedes & ducem: rege Philemene ad troiā amisso: quę
rebant: uenisse in intimum maris adriatici sinum: Euga
neisque: qui inter mare & alpes incolebant: pulsis: hene
tos troianosque eas tenuisse terras. Et in quem primū
egressi sunt locum troia uocatur. Pagoque inde troia nomen est:
gens uniuersa Veneti appellati. Aeneam ab simili clade domo pro
fugum: sed ad maiora rerum initia ducentibꝫ fatis: primo in Mace
doniam uenisse. Deinde in Siciliam quærentem sedes delatum. Ab Sici
lia classe Laurentem agrum tenuisse. Troia & huic loco nomen est.
Ibi post q̄ egressi sunt troiani: ut quibꝫ ab īmenso prope errore nil præ
ter arma & naues superesset: cum prædam ex agris agerent: Latinus rex
aborigines que: qui tum ea tenebant loca: ad arcendam uim aduenaꝝ
armati ab urbe atque agris concurrunt. Duplex ex inde fama est. Alij
prœlio uictum Latinum: pacem cum aenea: deinde affinitatem uīxisse
tradunt. Alij cum instructe acies constitissent prius: q̄ signa canerent:
processisse Latinum inter primores: ducēque aduenaꝝ euocasse ad

colloqum. Percontatum deinde qui mortales essent: unde: aut a quo ca
su profecti domo: quid ue quærentes in agrum Laurentem exissēt. Post
q̄ audierit multitudinē troianos esse: ducem Aeneam filium Anchisae
& uenerit: cremata patria domo profugos: sedē condendæq; urbis locum
quærere: & nobilitatem admīātium genti: utrique animū uel bello uel
paci paratum: dextera data fidem futurae amicitiae sanxisse. Inde foe
dus ictum inter duces: inter exercitus salutationē factam. Aenea apud
Latinum fuisse in hospitio. Ibi Latinum apud penates deos domesticum pu
blico adiunxisse fœdus: filia Aeneæ in matrimonium data. Ea res utiq;
troianis spem affirmat. Tandem stabili certaque sede finiendi erroris
oppidum condens Aeneas ab nomine uxoris Lauinium appellat. Breui
ſhirpe quoq; utriusq; ex nouo matrimonio fuit: cui Ascanium parentes di
xere nomen. Bello deinde Aborigines troianiq; simul penti. Turnus r
rex rutulorū: cui pacta Lauinia ante aduentum Aeneæ fuerat: praelatū
sibi aduenam ægre patens: simul Aeneae Latino que bellum intulerat.
Neutra autem laeta ex eo certamine abiit. Victi Rutuli: victores Aborigines
troianiq; ducem Latinum amisere. Inde Turnus Rutuliq; diffisi rebus
ad florentes opes etruscorū Mezentiūque regem eorū confugiunt: q̄ Caere
opulento tum oppido imperitans iam inde ab initio minime lætus nouæ
origine urbis: & tum nimio plus q̄ satis tutum esse: accolis rem troianā
crescere ratus: haud grauatim sona arma Rutulis iunxit. Aeneas aduersus tā
belli terrorem: ut animos Aborigenum sibi conciliaret: ne sub eodem iure
solum: sed & iā nomine omnes essent: Latinos utranque gentem appella
uit. Nec inde Aborigines troianis studio ac fide erga regem Aeneā cessere.
Fretusq; his animis coalescentium in dies magis diuorū populorū Aeneas:
q̄q̄ tanta erat opibus etruria: ut non terras solum: sed mare etiam per to
tam italiae longitudinem ab alpibus ad fretum siculum fama sui nōis
implesset: tum cum mœnibus bellum propulsare posset: in anem copias
eduxit. Secundum inde prœlium Latinis: Aeneæque ultimum operū
mortalium fuit. Siue est quemcunque eum dici uis fasque est: super
numinum flumen. Iouem indigetem appellant. Nondum maturus
imperio Ascanius Aeneae filius erat. Tamen id impium ei ad puberem
aetatem incolume mansit tantisper tutela muliebri: tanta indoles in
Lauinia erat. Res Latina & regnum auitum paternumq; puero se
tit. Haud ambigam: Quis. n. rem tam ueterem pro certo affirmet: hic
ne fuerit Ascanius: an maior q̄ hic: qui ex Creusa matre illo incolumi
natus: comesque inde paternæ fugæ: quem Iulum eundem Iulia gens
auctorem nominis sui nuncupat. Is Ascanius ubicunque & quotiq;

mane genitus natum certe Aenea constat. Abundante Latini multitudine florentem iam ut tum referant atque opulentam urbem marti seu nouerce reliquit. Nouam ipe aliam sub albano monte condidit: que a situ porrecte in dorso urbis longa alba appellata est. Inter Laurentum & albam longam coloniam deductam triginta ferme interfuere anni. Tantu tamen opes Latine creuerant: maxime fuisse etrusci: ut non morte quidem Aenee: nec deinde inter tutelam muliebrem rudimentumque primi puerilis regni mouere arma aut Mezentius etruscique aut ulli alij accolae ausi sint. Pax ita conuenerat: ut etrusci & Latini fluuius albula: que nunc tyberim uocant: finis essent. Siluius deinde regnat Ascanij filius casu quodam in siluis ortus. Is Aeneam Siluium creat. Is deinde Latinum Siluium. ab eo colonie deducte aliquot prisci Latini appellati. Manet siluius postea omnibus cognomen: qui albe regnauerunt. Latino Alba ortus. Alba Atis. Atis Capis. Capi Capetus. Capeto tyberinus: qui inmisso Albule amnis submersus celebre ad posteros nomen flumini dedit.

A grippa deinde tyberini filius. Post Agrippam Remulus Siluius a patre accepto impio regnat. Auerruncoque fulmine ipse ictus regnum per manus tradidit. Is sepultus in eo colle: qui nunc pars est romane urbis cognomen colli fecit. Procas deinde regnat. Is Numitorem atque Amulium procreat. Numitori qui stirpis maximus erat regnum uetustum Siluie gentis legat. Plus ui potuit. q̄ uoluntas patris: aut uerecundia aetatis pulso fratre Amulius regnat. Addit sceleri scelus. Stirpem fratris uirilem interemit. Fratris filiae Rheae Siluiae: per speciem honoris: cum uestalem eam legisset perpetua uirginitate spem partus adimit. Sed debebatur ut opinor fanis tante origo urbis. maximique secundum deorum opes imperij principiū ut compressa uestalis: cum geminum partum edidisset: seu ita rata: seu quia deus auctor culpe honestior erat: Martem incerta stirpis patrem nuncupat. Sed nec dij nec homines aut ipsam aut stirpem a crudelitate regia uendicant. Sacerdos uincta in custodiam datur. Pueros in profluentem aquam mitti iubet. Forte quadam diuinitus super ripas tyberis effusus leuibus stagnis: nec adiri usquam ad usum cursum poterat amnis. Et posse quis languida mergi aqua infantes spem ferentibus dabat. Ita uelut defuncti regis imperio in proxima alluuie: ubi nunc ficus ruminalis est: quam romuleam uocatam ferunt: pueros exponunt. Vaste ui in his locis solitudines erant. Tenet fama cum fluitantem alueum quo tam expositi erant pueri: tenuis in sicco aqua destituisset: lupam sitientem

ex montibꝫ qui circa sunt ad puerilem uagitum cursum flexisse: eam sub
missas infantibus adeo mitem prebuisse mammas: ut lingua lambentē
pueros magr regu pecoris inueneur. Faustulo fuisse nomen ferunt. Ab eo la
tos ad stabula laurentiae uxori educandos datos. Sunt qui Laurentiā uul
gato corpore lupam inter pastores uocatam putant. Inde locum fabulae
ac miraculo datum. Ita genus ita educati: cum primum adoleuit aetas
nec in stabulis nec ad pecora segnes: uenando pagrare circa saltus. Hinc t
robore corporibus animisque sumpto: iam non feras tantum subsistē: sed
in latrones preda onustos impetus facere. Pastoribusque rapta diuidē
& cum his crescente in dies grege iuuenum feras ac toros celebrare. Ita
tum in palatino monte lupercal hoc fuisse ludicrum ferunt: a Pallāteo
urbe archadica pallantium. De hinc pallantinum montem appellatum.
1 bi Euandrum. qui ex eo genere Archadum multis antea tempestatibus
tenuerat ea loca. solemne allatum ex archadia instituisse: ut nudi iu
uenes lucrum Pana uenerantes per luxum atque lasciuiam currerent.
Quem romani uocauerant inuum. Hunc dedisse ludicro cum solēne
uorum esse insidiatos obiram predae amissae. latrones cum Romulus
ui se defendisse & Remum cepisse. captum regi Amulio tradidisse. ultro
accusantes crimini maxime dabant in Humitoris agros ab his impe
tum fieri: inde cos collecta iuuenum manu hostilem in modum prae
das agere. Sic Humitori ad supplicium Remus deditur. Iam inde ab
imo Faustulo spes fuerat regiam shirpem apud se educari: nam & ex
positos iussu regis infantes sciebat: & tempus quo ipē eos sustulisse & ad id
ipm congruere. Sed rem in maturam nisi aut per occasionem: aut per
necessitatem aperire noluerat: necessitas prior uenit. Tum metu sub a
chus Romulo rem aperit. Forte & Humitori cum in custodiā Remum
habet. audissaque geminos esse fratres: comparando eorum aetatem: et
ipsam minime seruilem indolem: tenuit animum memoria nepotum:
sciscitando que eodem peruenit: ut haud procul esset quin Remum
agnosceret. Ita undique regi dolus nectitur. Romulus uero cum globo
iuuenum: nec enim erat ad tum apertam par: sed alius alio uenere iussis
certo ipse ad regiam uenire pastoribus: ad regem impetum facit. Ex a
domo Humitoris alia compta manu aduenit Remus. Ita regem ob
truncat. Humitor inter primum tumultum hostes inuasisse urbem at
que adortos regiam dicitans: cum plebem Albanam in arcem presidio ar
misque obtinendam aduocasset: postq̄ iuuenes perpetrata cede pugere

ad se gratulantes uidit: extemplo aduocato concilio: scelera in se fratris
originem nepotum: ut geniti: ut educati: ut cogniti essent: eadem de
inceps tyranni: seque eius auctorem ostendit. Iuuenes per mediam con
cionem agmine ingressi cum Aunum regem salutassent: secuta ex omni
multitudine consentiens uox ratum nomen imperium que regi efficit.
Ita Numitori albana permissa re: Romulum Remūque cupido cepit: in
his locis ubi expositi: ubi educati erant: urbis condendæ. Et sup erat mul
titudo albanorum latinorumque: ad id pastores quoq: accesserant: qui
omnes facile spem facerent paruam Albam paruum Lauinium prae ea
urbe quae conderetur fore. Interuenit deinde his cogitationib⁹ auitus
malum regni cupido: atque inde foedum certamen coortum a satis
mitti principio: cum gemini essent: nec aetatis uerecundia discrimen
facere posset. Itaque ut dij quorū tutelae ea loca essent auguriis lege
rent: qui nomen nouae urbi daret: qui conditam imperio regeret: pal
lantium Romulus: Remus auentinum ad inaugurandum templa
capiunt. Priori Remo augurium uenisse fertur, sex uultures. Itaq:
nuntiato augurio: cum duplex numerus Romulo se ostendisset: utro
que regem sua multitudo consalutauerat. Tempore illi praecepto: at
ij numero auium regnum trahebant. Inde cum altercatione cōgres
si certamine iratum: ad caedem uertuntur. Ibi in turba ictus Remus
cecidit. Vulgatior fama est ludibrio fratris Remum nouos transiluisse
muros: inde ab irato Romulo cum uerbis quoq: increpitans adiecisset:
sic deinde quicunq: alius moenia mea transiliet: interfectum. Ita so
lus potitus imperio Romulus. Condita urbs conditoris nomine ap
pellata. palatinum primum in quo ipē erat educatus munit. Sacra
dijs alijs albano ritu graeco herculi: ut ab Euandro instituta erant/
facit. Herculem in ea loca Gerione interempto boues mira specie abe
gisse memorāt: ac prope tyberim fluuium: quā prae se armentum
agens nando traiecerat: loco herbido ut quiete & pabulo laeto refice
rā boues & ipm fessum ua procubuisse. Ibi eum cum uino ciboque
grauatum sopor oppressisset: pastor accola eius loci nomine Cacus
ferox uiribus captus pulchritudine bouum: cum auertere eā praedā
uellet: quia si agendo armentum in speluncam compulisset: ipsa
uestigia quaerentem dominum eo deductura erant: aduersos bo
ues eximium quēque pulchritudine caudis in speluncam traxit.
Hercules ad primam auroram somno excitus: cum gregem pluribus

. Hercules .

. Cacus .

oculis: & partem abesse sensissa numero: pergit ad proximam spelunca3
si forte eo uestigia ferrent. Quae ubi omnia foras uersa uidit: nec in prē
aliam ferre: confusus atque incertus animi ex loco infesto agere porro ar-
mentum coepit. Inde cum acte boues quaedā ad desiderium: ut fit: re
lictarum mugissent: reddita inclusarum ex spelunca boum uox/ hercu -
lem conuertat: quem cum uadentem ad speluncam Cacus ui cohibere co -
natus essa: ictus clava fidem pastorum nequicquā inuocans morte occu -
buit. Euander tum ea profugus ex peloponesso auctoritate magis: q̄ i -
perio regebat loca: uenerabilis uir miculo litteraz rei nouae inter rudes
artium homines uenerabilior diuinitate credita carmente matris: q̄m
fanloquam ante Sibyllae in italiā aduentum/ mirate hae gentes fuerāt.
l stum Euander concursu pastorum trepidantiū circa aduenam manife
ste reum cedis exstitit: post-q̄ factum factoris que causam audiuit: ha -
bitum formamque uim aliquantū ampliorem augustioreq̄ humana
intuens rogitat: qui uir essa: ubi nomen patrem patriāque accepit:
ioue nate hercules salue inquit: Te mihi mater ueridica interpres de-
um/ auctorum caelestium numerum ceecinit: tibique aram hic dicatū iri
quā opulentissima olim in terris gens maximam uoca: tuoque ritu co -
lat. Dextera Hercules data: accipere se omen: impletumq̄ fata rndit.
Ara condita ac dicata. Ibi tum primum boue eximia capta de grege:
sacrum Herculi: adhibitis ad ministerium dapemque pontijs ac pinarijs
quae tum familiae maxime inclitae ea loca incolebant/ factum. Forte ita
euenit: ut pontij ad tempus praesto essent: hisque exta apponerentur.
Pinarij extis adesis ad caeteram uenirent dapem. Inde institutum man -
sit: donec pinariuum genus fuit: ne extis solemnibo uescerentur. Pontij
ab Euandro edocti antistites sacri eius per multas aetates fuerunt: do -
nec tradito seruis publicis solemni familiae ministerio: genus pontior
omne interijt. Haec tamen sacra Romulus una ex omnibus peregrina
suscepit. Iam tum immortalitatis uirtute parta ad quam eum sua fa -
ta ducebant: fautor rebus diuinis rite ppetratis: Vocata que ad concilium
multitudine: quae coalescere in populi unius corpus nulla re praeter q̄
legibus poterat: iura dedit: quae ita sancta generi hominum agresti
fore ratus: si sepē uenerabilem insignibus imperij fecissa: cum caetero
habitu se augustiorem: tum maxime lictoribus duodecī sumptis fecit.
Alij ab numero auium: quae augurio regnum portenderant eum secu -
tum numera putant. Me haud penita: eorum sententiae esse: quibus

& apparatorē & hoc genus ab etruſcis finitimis: unde ſella curulis: un
de toga prætexta ſumpta eſt: numer⁊ quoq; ipm duchum placet: & ita ha
buiſſe etruſcos: quod ex duodecim populis cōmuniter creato rege ſingu
los ſinguli populi lictores dederint. Ereſcebat interim munitionib⁹ urbs
alia atque alia appetendo loca: cum in ſpem magis futuræ multitudinis
q̄ ad id quod tum hominum erat munirent. Deinde ne uana urbis
magnitudo eſſ⁊ addituenda multitudinis eam uetere conſilio cō
dentium urbes: qui obſcuram atque humilem concendo ad ſe multitu
dinem natam e terra ſibi prolem ementiebantur: locum qui nunc eſt
ſeptus deſis ſentibus inter duos lucos aperit in aſilum. Eō ex finitimis
populis turba omnis ſine diſcrimine liber an ſeruus eſſ⁊ / auida noua
rum rerum perfugit. Idque primum ad coeptam magnitudinem robo
ris fuit. Cum iam uirium haud pœniter⁊ conſilium deinde uiribus pa
rat. Centum creat ſenatores: ſiue / quia ita is numerus ſatis erat: ſiue qa
centum ſoli erant: qui creari patres poſſent. Patres certe ab honore: patri
ciique progenies eorum appellati. Iam res romana adeo erat ualida
ut cuilibet finitimarum ciuitatum bello par eſſ⁊: ſed penuria mulier⁊ /
Hominis aetatem duraturæ tantum magnitudo erat. Quippe quibus
nec domi ſpes proles: nec cum finitimis cōnubia eſſent. Tum ex conſilio
patrum Romulus circa legatos uicinas gentes miſit: qui ſocietatem cō
nubiūque nouo populo peterent. Urbes quoque ut cætera ex infimo
naſci: deinde qua ſua uirtus ac dij iuuent magnas opes ſibi magnum
que nomen facere. Satis ſcire originem romanæ & deos affuiſſe & nō
defuturam uirtutem. Proinde ne grauarentur homines cum homi
nibus ſanguinem ac genus miſcere. Nuſquā benigne legatio audi
ta eſt. Adeo ſimul ſpernebant: ſimul tantam in medio creſcentem mo
lem ſibi ac poſteris ſuis metuebant. Aplerisque rogitantibus dimiſſi.
quid feminis quoq; aſilum non aperuiſſent. Id. h. demum compar cō
nubium fore. Aegre id romana pubes paſſa & haud dubie ad uim
ſpectare res coepit. Cui tempus locumque aptum ut daret Romulus:
ægritudinem animi diſſimulans: ludos ex induſtria parat neptuno
equeſtri ſolemnis. Conſualia uocat. Indicit deinde finitimis ſpectacu
lum iubet. Quantoque apparatu tum ſciebant aut poterant concele
brabant: ut rem claram expectatamque facerent. Multi mortales cō
uenere ſtudio & iam uidendæ nouæ urbis. Maxime proximi quique
Cenninenſes. Crustumini. Antemnates. Iam Sabinorū omnis multitudo

/: / defenden
tibus aquis

cum liberis ac coniugibꝫ uenit. Inuitati hospitaliter per domos: cum situ
mœniaque & frequentem tecti urbem uidissent: mirantur tam breui
rem romanam creuisse. Vbi spectaculi tempus uenit: deditæque eo mẽ
tes cum oculis erant: tum ex composito orta uis: signoque dato iuuenis
romana ad rapiendas uirgines discurrit. Magna pars forte ut in quas
quaeque inciderent raptæ: quasdam forma excellentes primoribꝫ patrꝫ
destinatas ex plebe homines: quibus datum erat negotium domus dese
rebant. Vnam longe ante alias specie ac pulchritudine insignem a globo Ta
lasij cuiusdam raptam ferunt. Multisque sciscitantibꝫ cuinã eam ferret
identidem ne quis eam uiolaret: talasio ferri clamitatum. Inde nuptiale
hanc uocem factam. Turbato per metum ludicro moesti parentes uirgi
num profugiunt: incusantes uiolati hospitij fœdus: deũque inuocan
tes: cuius ad solemne ludosq; per fas ac fidem decepti uenissent. Nec ra
pti aut spes melior de se: aut indignatio minor. Sed ipse Romulus circũ
ibat docebatque patrum id superbia factum: qui conubium finitimis ne
gassent. Illas tñ in matrimonio in societate fortunarum omnium ciuita
tisque: & quo nihil carius humano generi sit liberorum fore: mollirent
mõ iras: & quibus fors corpora dedisset: darent animos. Saepe ex iniuria
postmodum gratiam ortam. Eoque melioribus usuras uiris: quod anniti
tur pro se quisque sit: ut cum suam uicem functus officio sit: parentium &
patriæque expleat desiderium. Accedebant blanditiae uirorꝫ factum pur
gantium cupiditate atque amore: quæ maxime ad muliebre ingenium
efficaces preces sunt. Iam admodum mitigati animi raptis erant, at rap
tarum parentes cum maxime sordida uestis lacrimisque & querelis cui
tates concitabant. Nec domi tantum indignationes continebant: sed con
gregabantur undique ad Titum Tatium regem Sabinorꝫ: & legationes
eo quod maximum Tati nomen in his regionibꝫ erat: conuenichant: Cre
tensi Crustuminique & Antemnates erant: ad quos cuius iniuriæ pars per
tinebat. Lente agere his Tatius Sabinique uisi sunt. Ipsi inter se res po
puli cõmuniter bellum parant. Nec Crustumini quidẽ atque Antem
nates pro ardore iraque Cretensium satis se impigre mouent: ira
per se ipm nomen commune in agrum romanum impetum facit. Sed
effuse hastatis bus sit obuius cum exercitu Romulus. Leuiq; certamie
docet uanam aṇam sine uiribus esse iram. Exercitum fundit: fugatque:
Fusum persequitur. Regem in proelio obtruncat: & spoliat. Duce hosti
um occiso: urbem primo impetu capit. Inde exercitu uictore ducto ipe

cum facili uir magnificus: tum factorum ostentator haud minor: spolia ducis hostium suspensa fabricato ad id apte ferculo gerens in capitoliū ascendit. Ibiq; ea cum ad quercum pastoribus sacram deposuisset: siml cum dono designauit templo iouis fines: cognomēque addidit deo. Iupiter feretri inquit: hæc tibi victor Romulus rex regia arma fero: templumq; his regionibus: quas mō animo metatus sum dedico: sedem opimis spoliis regibus ducibusq; hostium cæsis. Me auctorem sequentes posteri ferent. Hæc templi origo est: quod primū omnium romæ sacrauī est. Ita deinde dicti ritum: nec irritam conditoris templi uocem esse: quia laturos eo spolia posteros nuncupauit: nec multitudine comportī eius doni uulgari laudem. Bina postea inter tot annos tot bella opima parta sunt spolia. Adeo rara eius fortuna decoris fuit. Dum ea ibi romani gerunt Antemnatiū exercitus per occasionē & solitudinem hostiliter ī fines romanos incursionem facit. Raptim & ad hos romana legio ducta: palantes in agris oppressit. Fusi igitur primo impetu & clamore hostes. Oppidum captum. dupliciq; uictoria ouantem Romulum Hersilia coniunx precibus raptarum fatigata orat: ut parentibus earum det ueniam: & ī ciuitatem accipiat: ita rem coalescere concordia posse. Facile impetratum. Inde contra Crustuminos profectus bellum inferentes. Ibi minus: quod iam alienis cladibus cecciderant animi: certaminis fuit. Vtroque coloniæ missæ: plures inuenit: qui pp libertatem terræ in Crustuminum nomina darent: & roman inde frequenter migratum est: a parentibus maxime ac propinquis raptarum. Nouissimum cum Sabinis bellum ortum. Multoque id maximū fuit. Nihil n per iram aut per cupiditatē actum est. Nec ostenderunt bellum prius q̄ intulerunt. Consilio ætā addinis doluis. Spurius Tarpeius romanæ præerat arci. huius filiam uirginem auro corrumpit Tatius: ut armatos in arcem accipiat. Aquam forte tum ea sacris extra mœnia petitum ierat. Acceptī obrutam armis necauere: seu ut ui capta ponius arx uideretur: seu prodendi exempli causa: ne quid usquam fidum proditori essa. Additur fabulæ: quod uulgo Sabini aureas armillas magni ponderis brachio leuo gēmatosque magna spene annulos hūerunt: pepigisse eam: quod in sinistris manibus hrent. eo scuta illi pro aureis donis congesta. Sunt qui eam ex pacto tradendi: quod in sinistris manibus essa: directo arma petisse dicant: & fraude usam agere: sua ipsam perempram merede. Tenuere tum arcem Sabini. Atque inde postero die cum romanus exercitus instructus: quod inter palatinū capitolinūque

collem campi est: complessa: non prius descendere in æquum q̄: ira & cupiditate recuperandæ arcis stimulante animos: in aduersum romani subiere. Princeps utrique pugnam ciebant. Ab Sabinis Metus Curtius A Romanis Hostus Hostilius. Hic romanam rem iniquo loco ad prima + animo atque audacia substinebat. Vt Hostius cecidit: confestim roma na inclinatur acies: fusaque est ad ueterem portam palatinj. Romulus & ipse ex turba fugientium actus: arma ad celum tollens: Iupiter inquit tuus iussus auibus: hæc in palatino prima urbi fundamenta iecit. Arcem iā scelere empram Sabini hēnt. Inde huc armati supera media ualle rēdūt. At tu pater deum hominūque: hinc saltem arce hostes: deme terrorem i romanis: fugamq: fœdam siste. Hic ego tibi templum statori iouj: quod monumentum sit posteris tua præsenti ope seruatam urbem esse: uoueo.

Hæc precatus uelut si sensisset auditas preces: hic inquit Romani Iuppiter optimus maximus resistere atque iterare pugnam iubet. Restitere Romani: tanq̄ celesti uoce iussi. Ipse ad primores Romulus prouolat. Metus tum cius ab Sabinis princeps ab arce decurrerat: & effusos egerat Romanos toto quantū foro spatium est. Hec procul iam aperta palatij erat clamitans: uicimus perfidos hospites imbelles hostes. Iam sciunt longe aliud esse uirgines rapere: aliud pugnare cum uiris. In eum hæc glorantem cum globo fortissimorū iuuenum Romulus impetum facit. Ex equo tum forte Metus pugnabat: eo pelli facilius fuit. Pulsum Romani persequuntur. & alia romana acies audacia regis accensa fundit sabinos. Metus in paludem sese strepitu sequentium trepidante equo conjecit. Auerteratque eares & sabinos tanti periculo uiri. Et ille quid annuentibus ac uocantibus suis: fauore mi rorum addito animo euadit. Romani Sabinique in media conualle duorum montium reintegrant prœlium. Sed res romana erat superior. Tum sabinæ mulieres: quarum ex iniuria bellum ortum erat: crinibus passis: scissaque ueste uicto malis muliebri pauore: ausæ inter tela uolantia īferre ex transuerso impetu facto: dirimere infestas acies: dirimere iras: hīc prēs. hinc uiros orantes: ne se sanguine nefando soceri generique respergerent: ne parricidio macularent partus suos. neporum illi: hi liberum progeniē. Si affinitatis inter uos: si connubij piget: in nos uertite iras. Nos causa belli. nos uulnerum & cædium uiris ac parentibus sumus. Melius peribimus: q̄ si sine alterius urīm uiduæ aut orbi uiuamus. Mouet res tum multitudinē: tū ducēs. Silentium & repentina fit quies. Inde & ad fœdus faciendū duces prodeunt. Nec pacem mō: sed ciuitatem unam ex duabus faciunt: regnum cō-

sonant: imperium omne romam conferunt. Ita gemmata urbe: ut sabinis
cū aliquid daretur quirites a curibo appellati. Monumentum eius pugnæ
ubi primū ex profunda emersus palude equum Curtius in uado stauit, cur-
tium lacum appellauerunt. Ex bello tam trist læta repente pax carioes sa-
binas uiris ac parentibus: & ante omnis Romulo ipsi fecit. Itaque cum po-
pulum in curias triginta diuideret: nomina earum curiis imposuit. Id nō
traditur cum haud dubie aliquanto numerus maior hoc mulierū fuerit:
ætate an dignitatibo suis uirorū ue: an sorte lectæ sint: quæ nomina curiis
darent. Eodem tempore & centuriæ tres equitum conscriptæ sunt. Ramnē
ses a Romulo. A Tito tatio tiensis appellati. Lucerum nominis & originis
causa incerta est. Inde non cōmune mō: sed concors etiā regnum duobo
regibo fuit. Post aliquot annos propinqui regis tarq legatos Lauren
tium pulsant. Cumque Laurentes iure gentium agerent apud tatium
grata suorum & preces plus poterant. Igitur illoꝝ pœnam in se uertit.
Nam laurij cum ad solemne sacrificium eo uenissēt: concursu facto:
interficiuntur. Eam rem minus ægre: q̄ dignum erat tulisse Romulū fe-
runt: seu ob infidam regni sonetatem: seu haud inuita cæsū credebat.
Itaque bello quid abstinuit. Vt cū expiarentur legatorum iniuriæ re-
gisque cædes: fœdus inter Romam Laurentūque urbes renouatum est.
Et cum his quid insperata pax erat. Aliud multo propius atque in ipis
prope portis bellum ortum. Fidenates uicinas prope se conualescere opes
rati prius: q̄ tanti roboris essent: quantum futurum apparebat: occu-
pant bellum facere: iuuentute armata īmissa: uastatur agri quod i-
ter urbem ac fidenates est. Inde ad leuam uersi: qua a dextera ybe-
ris arcebat: cum magna trepidatione agrestium populantur. Tumultus
repens ex agris in urbem illatus pro nuntio fuit. Exercitus Romulus ne-
que in dilationem pati tam uicinum bellum poterat: exercitum educit.
Castra ab fidenis mille passuum locat. Ibi modico præsidio relicto egres-
sus omnibo copijs: partem militum: loci circa densa obsita uirgulta ob-
scuris: subsidere in insidijs iussit. Cum parte maiori: atque omni equi-
tatu profectus: ad quod quærebat: tumultuoso & minaci genere pugnæ
ad equitando ipsis prope portis: hostem excitat. Fugæ quoque quæ simu-
landa erat: eadem equestris pugna: causam mirabilem dedit. Et cū uidis-
set inter pugnæ fugæque consilium trepidante equitatu pedes quoq: referre
gradum: plenis repente portis effusi hostes impulsa romana acie studio
instandi persequendique trahuntur ad locum insidiarum. Inde subito

exorti romani transuersi inuadunt hostium aciem. Addunt pauorē mota castris signa eorum: qui in præsidio relicti fuerant. Ita multiplici terro re perculsi fidenates: prius pene q̄ Romulus: quicq; cum eo equites erāt: circūagerent frenis equos: terga uertunt: multoq; effusius. Quippe uera fuga: qui simulantes paulo ante sequuti erant: oppidum repetebāt. Non in eripuere se hosti. Herens in terga romanus prius: q̄ fores portarū obijcerentur: uelut agmine uno irrumpit. Belli fidenatis contagione irritati ueteranum animi & consanguinitate. Nam fidenates quoque etrusci fuerunt. Et quod ipā propinquitas loci: sic romana arma omnibus infesta finitimis erant: stimulabat: in fines romanos excucurrerunt populabundi magis: q̄ iusti more belli. Itaq; non castris positis: non expecta to hostium exercitu: raptam ex agris prædam portantes: ueios redierē: Romanus contra: postq̄ in agris hostem non inuenit: dimicationi ultimæ instructus intentusq; tyberim transit. Quem postq̄ castra ponere & ad urbem accessurum uentes audiuere: obuiam egressi: ut potius ante decernerent: q̄ inclusi tectis mœnibusq; dimicarent. Ibi uiribus nulla parte aduersis tm̄ ueterani robore exercitus rex romanus uincit. Persecutusq; fusos ad mœnia hostes: urbe ualida muris: ac situ ipō munita: abstinuit. Agros rediens uastat: ulciscendi magis q̄ prædæ studio. Eaque clade haud minus q̄ aduersa pugna subacti ueientes: pacem petitum oratores romam mittunt. Agri parte multatis: in centum annos īduciæ datæ. Hæc ferme Romulo regnante domi militiæq; gesta: quorū nihil absonum fidei diuinæ originis diuinitatisque post mortē creditæ fuit. Non animus in regno alieno recipiendo: non condendæ urbis consilium: non bello ac pace firmandæ. Ab illo.R. profecto uiribus datus tm̄ ualuit: ut in quadraginta deinde annos tutam pacē hr̄et. Multitudini tm̄ gratior fuit: q̄ patribus. Longe ante alios acceptissimus militum animis. Trecentosq; armatos ad custodiam corporis: quos celeres appellauit: non in bello solum: sed etiam in pace hūit. His imortalibus editis operibus: cum ad exercitum recensendum contionē in campo ad capreæ paludem hr̄et: subito coorta tempestas cum magno fragore tonitribusque tam denso regem operuit nimbo: ut conspectum eius contioni abstulerit. Nec deinde Romulus fuit interris. Romana pubes sedato tandem pauore: postq̄ ex tam turbido die serena & trā quilla lux redijt: ubi uacuam regiam uidit: & si sanis credebat patribus: qui proximi steterant: sublimem raptum procella: tm̄ uelut orbi

tatis metu icta: moestum aliqm̄diu silentium obtinuit. Deinde a pau
cis mitio facto: deo deum natum regem parentēque urbis romanæ sal
uere uniuersi Romulum iubent. Pacem precibus exposcunt: ut uolens pro
pitius suam semper suspiret progeniem. Fuisse credo tum quoque ali
quos: qui discertum regem patrum manibus tacti arguerent. Manauit
.n. hæc quoque: sed per obscura fama. illam alteram admiratio urbi &
pauor præsens nobilitauit. Consilio & uiri hominis addita rei dign̄
fides. Nam Proculus Iulius solicita ciuitate desiderio regis & infensa
patribus. grauis ut traditur q̄uis magnæ rei auctor in contionē prodit.
Romulus inquit quirites parens urbis huius prima hodierna luce cæ
lo repente delapsus: se mihi obuium dedit. Cum perfusus horrore:
ueneraboundusq; astitissem/ petens precibus: ut contra intueri fas esset:
Annuntia inquit Romanis celestes ita uelle: ut mea roma caput orbis
terrarū sit. Proinde rem militarem colant. sciantque & ita posteris tra
dant: nullas opes humanas armis romanis resistere posse. Hæc inquit
locutus sublimis abiit. Mirum q̄ tum illi uiro nuntianti hæc fides fuit:
q̄que desiderium Romuli apud plebem exercitumque facta fide īmortali
tis lenitum sit, Patrum interim animos certamen regni ac cupido ver
sabat. Nec dum a singulis: quia nemo magnopere eminebat in nouo pp̄ló:
peruenerant factiones: inter ordines certabatur. Oriundi a sabinis: ne qa
post mortem Tatij ab sua parte non erat regnatum in societate æquia: pos
sessionem imperij amitterent: sui corporis creari regem uolebant. Romāi
ueteres peregrinum regem aspernabantur. In uarijs uoluntatibs regem
tm̄ omnes uolebant: libertatis dulcedine nondum experta. Timor dein̄
patres incessit: ne ciuitatem sine imperio: exercitum sine duce: multarū
circa ciuitatum irritatis animis: uis aliqua externa adoriretur. Et
esse igit̄ aliquod caput placebat & nemo alteri concedere animum in
ducebat. Ita que rem inter se centum patres/ decem decurijs factis: singlis
que in singulas decurias creatis: qui summæ rerum præessent/ consoriant.
Decem imperitabant: unus cum insignibus imperij & lictoribus erat. q̄n̄
que dierum spatio finiebatur imperium. ac per omnes in orbem ibat. An
nuumq; interuallum regni fuit. Id abre quod nunc quoq; tenet nom̄e
interregnum appellatum. Fremere deinde plebs multiplicatam ser
uitutem: centum pro uno dominos factos. Nec ultra nisi regem & ab
ipsis creatum uidebantur passuri. Cum sensissent ea moueri patres of
ferendum ultro rati: quod amissuri erant. Ita gratiam ineunt: sum̄a

potestate populo permissa: ut non plus darent iuris: q̄ retinerent. Decre
uerunt. H. ut cum populus regem iussisset: id sic ratum esse: si patres au
ctores fierent. Hodie quoq; in legibus magistratibusq; rogandis usurpa
tur. Id. H. ius ui adempta si prius q̄ populus suffragium ineat in incertus
comitior euentum: Patres auctores fiunt. Tum interrex contione aduo
cata: quod bonum faustum felixque sit inquit quirites regem create.
Ita patribus iussum est. Patres deinde si dignum qui secundus a Romulo di
numeretur crearitis: auctores fient. Adeo id gratum plebi fuit: ut ne
uicti beneficio uiderentur. Id mō fecerent iuberentq: ut senatus decer
neret: qui romae regnaret. Inclita iustitia religioq: ea tempestate Nu
mae Pompilij erat. Curibus sabinis habitabat consultissimus uir: ut in illa
quisquā esse aetate poterat: omnis diuini atque humani iuris. Auctorē
doctrinae eius: quia non extat alius: falso samium pythagoram edūt.
quem Seruio Tullo regnante ferme centum amplius annos post in ulti
ma italiae ora circa methapontum Heracleamq; & crotonam iuuenum
emulannū studia coetus būisse constat. Ex quibs locis ūsi eiusdē ae
tatis fuisse: quae fama in sabinos: aut quo linguae cōmercio quēquā
ad cupiditatem discendi excitasse: quo ue praesidio unus per tot gen
tes dissonas sermone moribusque peruenisset. Suopte igit ingenio i
temperatum animum uirtutibs fuisse opinor magis instructiūque: non
tam peregrinis artibus: q̄ disciplina tetrica ac trista ueterum sabinor
quo genere nullum quondam incorruptius fuit. Audito noīe Numae
patres romani: q̄q̄ inclinati opes ad sabinos rege inde sūpto uidebā
tur: tamen neque se quisquā: nec factionis suae alium: nec denique
patrum aut ciuium quenquā praeferre illo uiro ausi: ad unum omēs
Numae Pompilio regnum deferendum decernunt. Actius sicut Ro
mulus augurio in urbe condenda regnum adeptus est: de se quoque
deos consuli iussit. Inde ab augure: cui deinde honoris grata publi
cum id perpetuūque sacerdotium fuit: deductus in arcem in lapide
ad meridiem uersus consedit. Augur ad leuam eius capite uelato sedē
cepit: dextera manu baculum sine nodo aduncum tenens: quē lituus
appellarunt. Inde ibi prospectu in urbem agrumq; capto: deos precat
regiones ab oriente ad occasum determinauit: dextras ad meridiem
partes: leuas ad septentrionem esse dixit. Signum contra quod lon
gissime conspectum oculi ferebant: animo finiuit. Tum lituo in lae
uam manum translato: dextera in caput Numae posita: precatus est

ita. Iupiter pater: si fas est hunc Numam Pompilium: cuius ego caput te-
neo: regem romæ esse: uti tu signa nobis certa ac clara dest inter cos simi:
quos feci. Tum peragit auspitia: quae mitti uellet. Quibo missis: decla-
ratus rex: Numa de templo descendit. Qui regno ita potitus urbē no-
uam ui & armis conditam: iure eam legibusq; ac moribus deinteqro
condere parat. Quibo cum inter bella assuescere uidera non posse:
quippe efferari animis: mitigandum ferocem populum armo-
rum desuetudine ratus: ianum ad infimum argiletum inducē pacis
belliqne fecit: apertus utrum armis esse ciuitatem: clausus: pacatos circa
omnis populos significaret. Bis deinde post Numæ regnum clausus fu-
it. Semel Tito Manlio consule post punicam primum perfectum bellū.
Iterum quod nrāe aetatis dij dederunt: ut uideremus post bellū acti-
acum ab impatore Cæsare augusto pacis terra mariqne parta. Clauso
eo cum omniū circa finitimor- sonetate ac foedenbus iunxisse ani-
mos. Posint externorū periculor- curis: ne luxuriarentur otio animi:
quos metus hostium disciplina ac militaris continuerat: omniū primū
rem ad multitudinem imperitam & illis seculis rudem efficacissimā
deorum metum injiciendum ratus est. Qui cum descendere ad eos
sine aliquo cōmento miraculi non posset: simulat sibi cum egeria con-
gressus nocturnos esse: cuius se monitu quae acceptissima dis essent
sacra instituere. Sacerdotes suos cuique deor- præficere. Atq; omnis
primum ad cursum lunæ in.xii. menses descripsit annum: quē quia
trecenos dies singulis mensibus luna non explet: definitque dies so-
lido anno: qui solsticiali circū agitur orbe: intercalares mensibus
interponendo: ita dispensauit: ut uigesimo anno ad metam cādē
solis unde orsi essent: plenis omnium annorum spatijs: dies con-
gruerent. Idem nefastos dies fastosque fecit: quia aliqn̄ nihil cū
populo agi utile futur- erat. Tum sacerdotibus creandis animum
adiecit. q̄q; ipē plurima sacra obibat. ea maxime: quae nūc ad
dialem flaminem pertinent. Sed quia in ciuitate bellicosa pluēs
Romuli: q̄ Numæ similes reges putabat fore: murosque ipos ad
bella: ne sacra regiæ uices delererentur: flaminem Iouī assidu-
um sacerdotem creauit: insigniq; eum ueste & curruli regia sel-
la adornauit. Huic duos flamines adiecit: Marti unum: alte-
rum quirino. Virgines que ueste legit. Alba oriundū sacerdo-
tum. & genti conditoris haud alienum. His ut assidue templi am-

tisthet essent: stipendium de publico statuit: urgnitate aliisq; cer
moniis uenerabiles ac sanctas fecit. Saliosq; item xii Marti gradiuo
legit: tunicaeq; pictae insigne dedit. & super tunicam aeneum pecto
ri tegumen: celestaque arma: quae ancilia appellantur: ferre, ac per
urbem ire canentes carmina cum tripudiis solemniq; saltu iussit. Pō
tificem deinde Numa M. F. ex patribus legit. Eique sacra omia ex
scripta exsignataque adtribuit. Quibus hostiis: quibo diebo: ad quae
ue templa sacra fierent: atque unde in eos sumptus pecunia erogaret.
Caetera quoque omnia publica priuataque sacra pontificis scitis subiecit:
ut essẽt quo consilium plebes ueniret: ne quid diuum ritus negligendo
patrios ritus: peregrinosq; asciscendo turbaretur: nec caelestes mō cerimo
nias: sed iusta quoq; funebria placandosque manes: ut idem pontifex
edoceret. Quaeque prodigia fulminibo alio ue quo usu missa susciperẽtur
atque curarentur: ad ea eligenda ex mentibus diuinis ioui elicio aram
in Auentino dicauit. deumq; consulunt auguriis: quae suscipienda essẽt.
Adhaec consultanda procurandaq; multitudine omni a ui & armis cō
uersa: & animi aliquid agendo occupari erant: & deorum assidua in
sidens cura: cum interesse rebus humanis caeleste numen uideretur: ea
placate omnium pectora imbuerat: ut fides ac ius iurandum. propulso
legum ac poenarũ metu: ciuitatem regerent. Et cum ipi sẽ homines in re
gis ducis unici exempli mores firmarent: tum finitimi aliã populi qui añ
castra non urbem positam in medio ad solicitandum omium pacem credi
derant: in eam uerecundiam adducti sunt: ut ciuitatem totam in cultus
uersam deorum uiolari ducerent nefas. Lucus erat: quem mediũ ex
opaco specu fons perhenni rigabat aqua: quo quia persepe se Numma
sine arbitris uelut ad congressum deae inferebat: camenis eum lucum sa
cauit: quod earum sibi consilia cum coniuge sua Egeria essẽt. Et soli fi
dei solemne instituit. Ad id sacrarium flamines bigis curru arcuato ue
hi iussit: manuque ad digitos usque inuoluta: rem diuinam facere: si
gnificantes fidem tutandam: sedemque eius & in dextris esse sacratã.
Multa alia sacrificia locaque sacris faciendis: quae aegeos pontifices uocãt:
dedicauit. Omniũ tamen maximũ eius operum fuit tutela per omne regni
tempus haud minor pacis q̃ regni. Ita duo reges deinceps alius alia ma
ille bello. hic pace ciuitatem auxerunt. Romulus septem & triginta re
gnauit annos. Numma tres & quadraginta. Tum ualida tum tempata
& belli & pacis artibus erat ciuitas. Numae morte ad interregnum res re-

dit. Inde Tullum hostilium nepotem Hostilij: cuius in infima arce cla
ra aduersus sabinos fuerat pugna: regem populus misit. patres aucto
res facti. Hic non solum proximo regi dissimilis: sed feroior Romulo
& fuit. Tum ætas mitesque: tum auita quoq; gloria animū stimulabat.
Senescere igitur ciuitatem otio ratus: undique materiam excitandi
belli quærebat. Forte euenit: ut agrestes romani ex agro albano: alba
ni ex romano prædas mutuam agerent. Imperitabat tum Latus Tullus
albæ. Vtrinque legati fere sub idem tempus ad res repetendas missi. Tul
lus præceperat suis: ne quid cum albanis prius: q̄ mandata agerent.
Satis sciebat negaturum albanum. Ita pie bellum indici posse. Ab alba
nis socordius res acta. Excepti hospitio a Tullo benigne ac blande com
fronte comiter regis conuiuium celebrant: tantisper romani, & res repeti
uerant priores & negarit albano bellum in tricesimū diem indixerāt.
Hæc renuntiant Tullo. Tum legatis tullus dicendi potestatem quid pe
tentes uenerint facit. Illi omniū ignari: primo purgando terrunt ipſ
se inuitus quicquā quod minus placeat Tullo dicturos: sed imperio
subigi. Res repetitum se uenisse: ni reddantur bellum indicere iussos.
Adhæc Tullus: nuntiate inquit regi uīo: regem romanum deos facere
testes uter prius populus res repetentes legatos aspernatus dimiserit: ut in
eum omnes expetant huiusce clades belli. Hæc nuntiant domum alba
ni: & bellum utrinq; summa ope parabatur: ciuili similimū bello: prope in
ter parentes natosque: troianam utranque prolem. Cum Lauinium ab
troia: ab Lauinio alba: ab albanorū stirpe regum oriundi romani essent.
Euentus tm belli minus miserabilem dimicationem fecit: quod nec acie cer
tatum est: & rectis mō diruptis alterius urbis: duo populi in unum con
fusi sunt. Albani priores ingenti exercitu in agrum romanum impetum fe
cere. Castra ab urbe haud plus quinque milia passuum locant. fossa cir
cundant. Fossa ciuilia ab nomine ducis per aliquot secula appellata: donec
cum re nomen quoq; cum uetustate aboleuit. In his castris Ciuilius alba
nus rex moritur. Dictatorem albani Metium Sufetium creant. Interim
Tullus ferox præcipue morte regis: magnumq; deorum numen ab ipō ca
pite orsum: in omne nomen albanum expetiturum pœnas ob bellum impiū
dictitans: nocti proxima castris infesto exercitu in agrum alba
num pergit. Ea res a statuis exciuit Metium. Is ducit q̄ proxime ad ho
stem potest. Inde legatum præmissum nuntiare Tullo iubet: priusq̄ dimi
cent opus esse colloquio: si secum congressus sit: satis scire ea se allaturum

quae nihilominus ad rem romanam q̄ ad albanam permeant. Haud
aspernatus Tullus tam asi uana afferebantur in animum educit. Exeunt
contra albani. Post q̄ instruct utrinque stabant: cum pauci proceres
in medium ducti prodeunt. Ibi infit albanus: iniurias & non redditas
res ex fœdere: quæ repetita sunt: & ego regem nr̄m cuiusmodi causam hu-
iusmōi esse belli audisse uideor. Nec te dubito Tulle eadem præ te ferre.
Sed si uera potius: q̄ dictu speciosa dicenda sunt: cupido imperij duos cog-
natos uicinosque populos ad arma stimulat. Neque recte an perperam in-
terpretor: fuerit ista cuius deliberatio: qui bellum suscepit. Me albani ge-
rendo bello ducem creauere. Illud te Tulle monitum uelim: etrusca
res: quanta circa nos teque maxime sit: quo propior es etrusci: hoc ma-
gis sci. Multum illi terra plurimum mari pollent. Memor esto iam cui
signum pugnæ dabis: has duas acies spectaculo fore: ut fessos cōfectosq;
simul uictorem ac uictum aggrediantur. Itaque si nos di amant: qm̄
non contenti libertate certa in dubiam imperij seruiiique aleā imus
ineamus aliquam uiam: qua utri utri imperent sine magna clade:
sine multo sanguine utriusque populi decerni possit. Haud displicet
res Tullo: q̄q̄ tum indole animi: tum spe uictoriæ ferotior erat. Quęrē-
tibus utrinq; ratio initur: cui & fortuna ipā prebuit materiam. Forte
tum in duobus exercitibus erant trigemini fratres: nec aetate nec ui-
ribus dispares. Oratios Curiatiosq; fuisse satis constat. Nec ferme alia res
antiqua est nobilior: tñ in re tam clara nominū error manet: utrius
populi oratii: utrius curiatij fuerint. Auctores utroq; trahunt. plures
tñ inuenio: qui romanos oratios uocent: hos ut sequar inclinat animus
cum trigeminis agunt reges: ut pro sua quisq; patria dimicent ferro.
Ibi imperium fore unde uictoria fuerit. Nihil recusatur: tempus & lo-
cus conuenit. priusq̄ dimicarent: fœdus ictum inter romanos & alba-
nos est his legibus: ut cuius populi ciues eo certamine uicissent: is alteri
populo cum bona pace imperitaret. fœdera alia aliis legibus: ceterum
eodem mō omnia fiunt. Tum ita factum accepimus: nec ullius uetusti-
or fœderis memoria est. Fœcialis regem Tullum ita rogauit. iubes ne
me rex cum patre patrato populi albani fœdus ferire. Iubente rege
sagmina inquit a te rex posco. Rex ait: puram tollito. Fœcialis ex arce
graminis herbam puram adtulit. Postea regem ita rogauit. Rex facis
ne me tu regium nuntium populi ro. quiritium uasa comitesque meos.
Rex respondit: quod sine fraude mea populiq; ro. quiritium fiat: fino.

Oratii
Curiatij.

Fœcialis erat M. Valerius: patrem patratum Spurium fusium fecit: ver
bena caput capillosque tegens: pater patratus ad iusiurandum patran
dum id est sanciendum est. Fit fœdus. Multaque id uerbis: quæ longo
effata carmine non opus est referre: peragit. Legibus deinde recitatis: Au
di inquit Iupiter: audi pater patrate populi albani: audi tu populus alba
nus: ut illa palam prima postrema ex illis tabulis cerave recitata sunt/
sine dolo malo: utique ea hic hodie rectissime intellecta sunt. Illis legib⁹
populus ro. prior non defitiet. Si prior defecerit publico consilio dolo ꝛ
malo: tu illo die Iupiter populum ro. sic ferito: ut ego hunc porcū hodie
feriam: Tantoque magis ferito: quanto magis potes pollesque. Id ubi
dixit: porcum saxo silice percussit: sua item carmina albani: suique
iusiurandum per suum dictatorem suosque sacerdotes peregerunt.
Fœdere inito trigemini: sicut conuenerat: arma capiunt. Cum sui u
trosque adortarentur deos patrios ac parentes quicquid ciuium
domi: quicquid in exercitu sit: illorum tunc arma: illorum inuicti
manus ferocesq; & suopte ingenio & pleni adhortantium uocibus
in medium inter duas acies procedunt. Considerant utrinque
pro castris duo exercitus periculi magis præsentis: q̄ curæ expertes.
Quippe imperium agebatur in tam paucorum uirtute atque fortuna
positum. Itaque ergo erecti suspensique in minime gratum specta
culum animo incenduntur. Datur signum. infestisque armis uelut
acies terni iuuenes magnorum exercituum animos gerentes cōcur
runt. Nec his nec illis periculum suum/publicum imperium seruitiumq;
obseruatur animo: futuraque ea deinde patriæ fortuna: quā ipsi
fecissent. Vt primo statim concursu increpuere arma: micantesq;
fulsere gladij: horror ingens spectantium perstringit oculos. Et neu
tro inclinata spe torpebat uox spiritusque. Consertis deinde mani
bus: cum iam non motus m̄ corporum/agitatioque accepti telorum ar
morūque: sed uulnera quoq; & sanguis spectaculo essent: duo roma
ni super alium alius: uulneratis tribus albanis: corruerunt expirātes.
Ad quorum cum clamassent gaudio albanus exercitus: romanas legi
ones iam spes tota nondum m̄ cura deseruerat: examines uitæ uni
us: quem tres curiatij circumsteterant. Forte is integer fuit: ut uniuer
sis solus nequaquā par: sic aduersus singulos ferox. Ergo ut segre
garet pugnam cor/capessit fugam: ita ratus secuturos: ut quēque
uulnere affectum corpus sineret. Iam aliquantū spatij ex eo loco

ubi pugnatum est aufugerat: cum respiciens uidet magnis intervallis
sequentes unum haud procul absese abesse: in eum magno impetu redit.
Et dum albanus exercitus inclamat curiatis ut opem ferant fratri: iam
oratus cæso hoste victor secundam pugnam petebat. Tunc clamore qua
lis ex insperato pauentium sola romani adiuuant militem suum & ille
defungi prælio festinat. Prius itaque q̄ alter: qui nec procul aberat conse
qui posset: alterum curiatium conficit. Iamque æquato marte: singuli
superant: sed nec spe nec uiribus pares. Alterum intactum ferro corpus
& geminata victoria ferocem in certamen tertium dabant. Alter fessū
uulnere: fessum cursu trahens corpus: uicibusque fratrum ante se strage
victori obijcitur hosti. Nec illud prælium fuit. Romanus exultans duos
inquit fratrum manibus dedi: tertium causam belli huiusce: ut romanus
albano imperet: dabo. Male sustinenti arma gladium supne iugulo de
figit. Iacentem spoliat. Romani ouantes & gratulantes oratium accipiūt
& eo maiore cum gaudio: quo prope metum res fuerat. Ad sepulturam
inde suorum nequaquam paribus animis: uertuntur. Quippe imperio al
teri auctis: alteri dirimis alienæ facti. Sepulchra extant: quo quisque
loco concidit. Duo romana uno loco propius albam: tria albana romam
uersus: sed distantia locis: & ut pugnatum est. Prius q̄ inde digrederentur
rogatu Metio ex fœdere icto quid imperaret: imperat Tullus ut iuuentu
tem in armis hēat: usurum se eorum opera: si bellum cum veientibo fore
tur extemplo inde domos adducti. Princeps oratius ibat: trigemina spolia
præ se gerens. Cui soror uirgo: quæ desponsata uni ex curiatis fuerat: obui
am ante portam Capenam fuit. Cognitoque super humeros fratris paludā
mento sponsi: quod ipsa confecerat: solui crines: & flebiliter nomine spon
sum
mortuum appellat. Mouet ferocem iuueni animum comploratio sororis in
uictoria sua: tantoq; gaudio publico. Stricto itaq; gladio simul uerbis in
crepans transfigit puellam. Abi hinc cum immaturo amore ad sponsum inq
oblita fratrum mortuorum uiuique: oblita patriæ: Sic eat quæcumque ro
manum lugebit hostem. Atrox uisum id facinus patribus plebique. Sed
recens meritum facto obstabat. Ĩ raptus in ius ad regem. Rex ne ipe tam
tristis ingratique ad uulgus iudicij: aut secundum iudicium supplicij au
ctor esset: concilio populi aduocato: duumuiros inquit: qui oratiū perdu
ellionem iudicent secundum legem: fatio. Lex horrendi carminis erat. Du
umuiri perduellionem iudicent: si a duumuiris prouocarit: prouocatioē
certato. Si uincent: caput obnubito. infelici arbore reste suspendito. uerbe

rato uel intra pomerium uel extra pomerium. Hac lege duūuiri creati: qui se absoluere non rebantur ea lege: ne innoxium quidē posse: cum cō demnassent. Tum alter ex his publi orati tibi perduellionem iudico iqt l lictor colliga manus. Accesserat lictor, iniiciebatque laqueum. Tum o ratius, auctore Tullo clemente legis interprete, prouoco inquit. Ita de prouocatione certatum ad populum est. Mox omnes simul in eo iudicio maxime publio oratio patre proclamante: se filiam iure cesam iudica re: ni ita esset: patrio iure in filiam animaduersurum fuisse. Orabat deinde: ne se quem paulo ante cum egregia stirpe conspexissent: orbum liberis facerent. Inter hæc senex iuuenem amplexus: spolia curiatioꝝ fixa eo loco: qui nunc pila oratia appellatur: ostentans huīcine aiebat quem mō decoratum, ouantēque uictoria incedentem iudistis quirites: eundem sub furca uinctum inter uerbera & cruciatus uidere potestis? quod uix albanorum fi oculi tam deforme spectaculum ferre possent. I lictor colliga manus: quæ paulo ante armatæ imperiū populo ro peperit. I capur obnube liberatori urbis huius: arbori infelici suspende: uerbera uel intra pomerium mō inter illa pila & spolia hostium: uel extra pomeri um mō intra sepulcra curiatiorꝝ. Quo.n. iuuenem hunc ducere potestis: ubi eum non sua decora a tanta fœditate supplicij uendicent? Non tulit populus patris lacrimas: nec ipius parem in omni periculo animum: ab soluerunt̄que admiratione magis iurtus: q̄ iure causæ. Itaque ut cæ des manifesta aliquo tñ piaculo luerꝫ: impatum patri ut filiū ex piaret pecunia publica. Is quibus dā piacularibus sacrificijs factis: quæ deinde genti oratiæ tradita sunt: transmisso per uia tigillo: capite adoperto uelut sub iugum misit iuuenem. Id hodie quoque publice semper refectum manet. Sororium tigillum uocant. Ora tiæ, sepulcꝝ quo loco corruerat icta: constructumque est ibi saxo quadrato.

Nec diu pax albana mansit: inuidia uulgi, quod tribus militibus for tuna publica commissa fuerit: uanum ingenium dictatoris corrupit. Et q̄m recta consilia haud bene euenerant: prauis reconciliare popu larium animos cœpit. Igitur ut prius in bello pacem: sic in pace bel lum quærens: quia suae ciuitati animorum plus q̄ uirium esse cer nebat: ad bellum palam atque ex edicto gerendum alios concitat populos: suis per speciem sonetantis prodigionem referuans. Fidenatēs colonia romana: uetentibus sonjs consilij assumpti pacto transitio nis albanorꝝ ad bellum atque arma incitantur. Cum fidenæ apte

deſciſſent: Tullus Metio exercituq; eius ab Alba accito: contra hoſtes
ducit. Vbi Anienem tranſijt: ad confluentes collocat caſtra. Inter eū
locum & fidenas ueientium exercitus tyberim tranſierat. Hi & in acie
prope flumen tenuere dextrum cornu. In ſiniſtro fidenates propius
montes conſiſtunt. Tullus aduerſus ueientem hoſtem dirigit ſuos: al-
banos contra legionem fidenatium collocat. Albano non plus animi
q̄ fidei fuerat: nec manere ergo: nec tranſire aperte auſus: ſenſi ad
montes ſuccedit. Inde ubi ſatis ſubiiſſe ſeſeratus eſt: erigit totam acie
fluctuanſq; animo: ut terrera tempus: ordines explicat. Conſilium
erat: quo fortuna rem daret: eo inclinante uires. Miraculo primo
eſſe romanis: qui proximi ſteterant: ut nudari latera ſua ſonorum
digreſſu ſenſerunt. Inde equeſ citato equo nunciat regi abire albanos.
Tullus in re trepida duodecim uouit ſalios: fanaque pallori ac pauo-
ri: equitem clara increpans uoce: ut hoſtes exaudirent: redire in a
prelium iubet: nihil trepidatione opus eſſe: ſuo iuſſu circumduci
albanum exercitum: ut fidenatium nuda terga inuadat. Idem im-
perat ut haſtas equites erigere iubeat. Id factum magnae parti pe-
ditum romanorū conſpectum abeuntis albani exercitus interſepſit.
Qui uiderant id ut a rege auditum erat: ita rati eo acriuſ pugnant.
Terror ad hoſtes tranſit & audiuerant clara uoce dictum & magna
pars fidenatium: ut qui colonі additi romanis eſſent latine fue-
bant. Itaque ne ſi bus ex collibus decurſu albanorū interclude-
rentur ab oppido terga uertunt. Inſta Tullus: fuſoque fidenā-
um cornu: in uicientem alieno pauore perculſum ferocior redit.
Nec illi tulere impetum. ſed ab effuſa fuga flumen obiectum a
tergo arcebat. Quo poſtq̄ fuga inclinauit: alij arma foede iacta-
tes in aquam caeci ruerant: alij dum cunctantur in ripis inter fu-
gae pugnaeq; conſilium oppreſſi. Non alia ante romana pugna a-
trocior fuit. Tum albanus exercitus ſpectator certaminis deductus
in campos Metius Tullo deiectos hoſtes gratulatur. Contra Tullus
Metium benigne alloquitur. quod bene uertat caſtra albanos ro-
manis caſtris iungere iubet. Sacrificium luſtrale in diem poſterum
parat. Vbi illuxit: paratis omnibus: ut aſſolet: uocari ad contionem
utrunque exercitum iubet. Precones ab extremo orſi primos exci-
uere albanos. Hi nouitate rei moti: ut regem romanum concio-
nantem audirent: proximi conſtitere. Ex compoſito armata circum

danir romana legio. Centuriombuſ datum negotium erat: ut ſine
mora imperia exequerent. Tum ita Tullus inſit. Romani ſi unquaꝫ
ante aliaſ ullo in bello fuit: quod primum duſ immortalibuſ gratiaſ
agereſ: deinde urbe ipōrum urbem: heſternum id prelium fuit:
dimicatum eſt. non magiſ cum hoſtibꝫ: q̄: quæ dimicatio maior
atque periculoſior eſt: cum prodition̄e ac perfidia ſonorum. Nā ne
uoſ falſa opinio tenear: imuſſu meo albani ſubiere ad montes. Nec
impium illud meum: ſed imperij conſilium & imperij ſimulano fuit:
ut ne ignorantibuſ uobiſ deſeri uoſ: auerteretur a certamine animuſ.
& hoſtibuſ circūuenirī ſe ab tergo ranſ terror ac fuga inijeretur.
Nec ea culpa quam arguo omīum albanorum eſt; ductem ſecuti ſunt: ut
& uoſ ſi quo ego inde agmen declinare uoluiſſem: feciſſeſ. Metuſ
ille eſt ductor itineriſ huiuſ. Metuſ idem huiuſ machinator belli.
Metuſ foederiſ romani albanique ruptor. Audeat deinde talia ali
uſ: niſi hunc inſigne documentum mortalibuſ dedero. Centumoeſ
armati Metium circūſiſtunt. Rex cætera ut orſuſ erat peragit. Qd
bonum faustum felixq; ſit populo ro. ac mihi: uobiſq; albani. po
polum omnem albanum romam traducere in animo eſt. Ciuitatē
dare plebi primoreſ in patreſ legere. vnam urbem unam rem p. fa
cere: ut ex uno quondam in duoſ populoſ diuiſa albana res eſt: ſic
nunc in unum redeat. Ad hæc albana pubeſ mentis ab armata
ſepta: in uariſ uoluntatibꝫ cōmune īm̄ metu cogente ſilentiū ten&.
Tum Tullus Met Suffeti inquit: ſi tu ipē diſcere poſſeſ fidem ac fœde
ra ſeruare: uitio tibi ea diſciplina a me adhibita eſſet. Nunc qm tu
um inſanabile ingenium eſt: tu tuo ſupplitio doce humanū genuſ
ea ſancta credere: quæ a te uiolata ſunt. Vt igitur paulo ante ānum
inter fidenatem romanamque rem anciptem geſſiſti: ita iam corpuſ
paſſim diſtrahendum dabiſ. Exinde duabꝫ admotiſ quadrigiſ in
curruſ earum diſtentum illigat Metium. deinde in diuerſum iter e
qui concitati: lacerum in utroq; curru corpuſ qua inheſerāt uinculiſ
membra portantes. Auertere omneſ a tanta fœditate ſpectaculi ocu
loſ. Primū ultimūque illud ſupplitium apud romanoſ exempli pa
rum memoriſ legum humanarum fuit. In aliſ gloriari licet: nulli ge
nium mitioreſ placuiſſe pœnaſ. Inter hæc iam præmiſſi albam erant
equites: qui multitudinem traducerent romam. Legioneſ dein̄ ductę
ad diruendam urbem. Quæ ubi intrauere portaſ non quidez fuit

tumultus ille nec pauor: qualis captarum urbium esse solet: cum effractis portis/transue ariete muris. aut arce ui capta clamor hostilis & cursus per urbem armatorū omnia/ferro flammaq; misc&: sed silentiū triste ac tacita moestitia ita defixit omnium animos: ut pre metu oblii qd relinquerent: quid secum ferrent/deficiente consilio: roguantesque alij alios: nunc in liminibo starent: nunc errabundi domos suas: ultimum illud uisum peruagarentur. Vt uero iam equitum clamor exire urbem nuntiabat: iam fragor tectorum: quae diruebantur ultimis pnbs urbis audiebatur: puluisq; ex distantibus locis ortus: uelut nube inducta: omnia impleuerat: raptim quibo quisque poterat elatis: cum larem ac penates/rectaque in quibo natus quisque educatusque essa: relinquentes exirent: iam continens agmen migrantium impleuerat uias: & conspectus aliorum mutua miseratione integrabat lacrimas: uocesq; miserabiles exaudiebantur mulierum/precipue cū obsessa ab armatis templa augusta preterirent: & uelut captos relinquerent deos. Egressis urbem albanis/romanus passim publica priuataque omnia tecta adequat solo. Vnaque hora quadringētorū annorū opus: quibo alba steterat excidio ac ruinae dedit. Templū deum (ita a rege edictum fuerat) temperatum est. Roma interī crescit albe ruinis/duplicatur ciuium numerus. Celus additur urbi mons. Et quo frequentius habitaretur: eandem sedem Tullus regiae cepit: ibiq; habitauit. Principes albanorum in patres: ut ea q; pars rei p. cresceret: legit. Tullios/Seruilios/Quintios/Geganios/Curiatios/Cloelios: templūq; ordini absc̄ aucto curiam fecit: quae hostilia usque ad patrum nrōrum aetatem appellata est. Et ut omnium ordinum uiribo aliquid ex nouo populo adderetur: equitum decem turmas ex albanis legit. Legiones & ueteres eodem supplemento explent & nouas scripsit. Hac fiducia uirium Tullus Sabinis bellū indicit: genti ea tempestate/rebus etruscis opulentissimae uiris armisque. Vtrinque munitae factae: ac res ne quicquā erant repentae. Tullus ad feroniae fanum mercato frequenti negotiatores romanos prensos querebatur: Sabini suos prius in lucum confugisse ac rome retentos. Hae causae belli ferebantur. Sabini haud parum memores & suarum uirum partem romae ab Tatio locatam: & romana re nuper auam adiectione populi albani aucta: circūspicere & ipi externa auxilia. Etruria erat uicina: proximi etruscorū ueientes. Inde ob re-

fidual bellorum ira maxime solicitant ad defectionem animi uolun-
rios traxere. Et apud uagos quosdam ex inopi plebe &ia merces ualuit
publico auxilio nullo adiuti sunt. Valuitque apud ueientes: nam de
ceteris minus mirum est: pacta cum Romulo induciarum fides;
Cum bellum utrinque summa ope pararetur: uertique in eo res uideren-
tur uti prius arma inferrent: occupat Tullus in agrum sabinum tran-
sire. Pugna atrox ad siluam malitiosam fuit. Vbi & peditum quidem
robore: ceteq; equitatu aucto nuper: plurimū romana acies ualuit.
Ab equitibo repente iniectis turbati sunt ordines sabinorq;: nec pugna
deinde illis constare: nec fuga explicari sine magna caede potuit. De
uictis sabinis cum in magna gloria magnisque opibo regnum Tulli: ac
tota res romana esset: nunciatum regi patribusque est: in monte alba-
no lapidibo pluuisse. Quod cum credi uix posset: missi ad id uiden-
dum prodigium in conspectu: haud aliter: q̄ cum grandinem uenti glo-
meratam in terras agunt: crebri ceciderē caelo lapides. Visi & audire
uocem ingentem ex sūmi cacuminis loco: ut patrio ritu sacra albani
facerent: quae uelut dis quoq; simul cum patria relictis: obliuioni
dederant: & aut romana sacra susceperant: aut fortunæ ut fit: obira-
ti cultum reliquerant deum. Romanis quoq; ab eodem prodigio nouē-
diale sacrum publice susceptum est: seu uoce caelesti ex albano monte mis-
sa: nam id quoq; traditur: seu aruspicum moniti. Mansit certe solēne
ut q̄cunque idem prodigium nunciaretur: feriae per nouem dies age-
rentur. Haud ita multo post pestilentia laboratum est. Vnde cum pi-
gritia militandi oriretur: nulla tū ab armis quies dabatur a bellicoso
rege: salubriora etiam credente militiae q̄ domi iuuenū corpora esse:
donec ipē quoq; longinquo morbo est implicitus. Tunc adeo fracti simul
cum corpore sunt spiritus illi ferocis: ut qui nihil ante ratus esset mi-
nus regium: q̄ sacris dedere animū: repente omnibo magnis paruisq;
superstitionibo obnoxius degeret: religionibo & populum implerat. Vul-
go iam homines eum statum rerum: qui sub nūma rege fuerat: requi-
rentes: unam opem aegris corporibus relictam: si pax ueniaq; ab dijs
impetrata esset: credebant. Ipsum regem tradunt uoluentem cōmenta-
rios Nūmae: cum ibi occulta quaedam solemnia sacrificia iouī elicio fac-
inuenisset: operatum his sacris se abdidisse: sed non rite initum aut cu-
ratum id sacrum esse. nec solum ei nullam oblatam caelestem speciē: sed
ira iouis solicitata prauā iam religione fulmine ictum cum domo con

flagraſſe. Tullus magna gloria belli regnauit annos duos & triginta.
Mortuo Tullo res ut inſtitutum iam inde abinitio erat ad prēs redierat.
hique interregem nominauerant. Quo comitia hīte Antium Martius
regem populus creauit. Patres fuere auctores. Numæ Pompilij regis
nepos filia ortus Ancus Martius erat. Qui ut regnare cœpit: & auitæ
gloriæ memor: & quia proximum regnum cætera egregium ab una p
te haud satis prosperum fuerat: aut neglectis religionibus: aut praue
cultus: longe antiquissimum ratus: sacra publica ut ab Numa inſtitu ta
erant facere: omnia ea ex cōmentariis regis pontificem in albū elata
proponere in publico iubet. Inde & ciuibus otij cupidus: & finitimis a
uitatibus facta spes: inani mores atque inſtituta regem hīturæ. Igitur
latini cum quibus Tullo regnante ictum fœdus fuerat sustulerūt aīos:
Et cum incursionem in agrum romanum fecissent: repetentibus res roma
nis superbe responsum reddiderunt: desidem romanum regem inter sa
cella & aras acturum esse regnum rati. Medium erat in Anco ingeni
um: & Numæ & Romuli memor: qui præter q̄ quod aui regno magis
necessariam fuisse pacem credebat: tum in nouo tum in feroci populo:
aliam quod illi contigisset otium sine iniuria: id se haud facile hīturum
ratus patientia tentari: & temptatam contemni: tempora esse
censebat Tullo regi aptiora: q̄ Numæ. Vt cū q̄m Numa in pace religi
ones instituisset: a se bellicæ cerimoniæ proderentur: nec gererent solū
sed etiam indicerentur bella aliquo ritu. Ius ab antiqua gente equi
culis: quod nunc fœtiales hīt descripsit quo res repetuntur. Legatus
ubi ad fines eorum uenit: unde res repetuntur: capite uelato (filo lanæ
uellamen est) audi iupiter inquit: audite fines cuiuscunq; gentis sunt:
numina audiant fas. Ego sum publicus nuntius populi ro. iuste pieq;
legatus uenio: uerbisque meis fides sit. Peragit deinde postulata. In
de iouem testem facit. Si ego iniuste impieque illos homines: illasque
res dedier ppli ro. nuntio mihi exposco. tu patriæ compotem me nūq̄
sinas esse. Hæc cum finit suprascandit. hæc quicunque ei p̄mus ur
obuius fuerit. hæc portam ingrediens. hæc forum ingressus paucis ver
bis carminis (conci) capiendique iurisiurandi mutatis: peragit. Si non dedū
tur quos exposcat: diebus tribus & triginta (tot. n. solemnes sunt) petitis:
bellum ita indicit. Audi iupiter & tu iuno quirine dii que omnes ce
lestes: uosque terrestres: uosque inferni audite. Ego uos testor populū
illum quicunq; est nominat iniustum esse neque ius persoluere. Sed

debus rebus in patria maiores natu consulemus: quo pacto ius nostrū
adipiscamur. Cum is nuntius romam ad consulendum rediit: consēsit
rex ex his ferme uerbis patres consulebat. Quarum rerum litium cāp⁹
condixit pater patratus populi ro. quiritium patri patrato priscorum
latinorum. omnibusque priscis latinis: quas res dari fieri solui oportuit.
quas res nec dederint: nec fecerint, nec soluerint: dic inquit ei quem
primum sententiam rogabat: quid censes. Tum ille puro pioque duello
quaerendas censeo. Ita que consenso conscisoque. Inde ordine alios roga
bantur: quando que pars maior eorum: qui aderant in eandem sententia
ibat: bellum erat consensu fieri solitum: ut fecialis hastam ferratam, aut
at sudem
sanguineam praeustam ad fines eorum ferrent: non minus trib⁹ puberib⁹
praesentib⁹: diceret, quod populi priscorum latinorum omnes ue prisci
latini aduersus populum ro. quiritium fecerint deliquerint: quod po
pulus ro. quiritium bellum cum priscis latinis iussit esse: senatus populi
ro. quiritium censuit. consensit. conseuit: ut bellum cum priscis latinis
fieret: ob eam rem ego nuntius populi ro. populis priscorum latinorum
omnibusque priscis latinis bellum indico facioque. Id ubi dixisset, ha
stam in fines eorum emittebat. Hoc tū mō ab latinis repente res ac bellū
indictum: moremque eum postea acceperunt, Ancus de mandata cu
ra sacrorum flaminibus sacerdotibusq; alius: exercitu nouo confer
pto profectus: pollitorium urbem latinorum ui cepit. Secutusq; mo
rem regum priorum: qui rem romanā auxerant hostibus in ciuita
tem accipiendis: multitudinem omnem romam traduxit. Et cū ur
ca pallantium sedem ueterem romani sabini capitolium atq; arcem
celium montem albam implessent: Auentinum nouae multitudini
datum. Addun eidem haud multo post: tellenis sicanaque capti no
ui ciues. Pollitorium inde rursus bello repetitum: quod uacuum occu
pauerant prisci latini. Eaque causa diruendi eius urbis fuit roma
nis: ne hostium semper receptaculum esset, Postremo omni bello lan
no in eduliam compulso: aliquādiu ibi marte incerto uaria uictoria
pugnatum est. Nam & urbs tuta munitionib⁹: praesidioq; firmata ua
lido erat: & castris in aperto positis: aliquotiens exercitus latinus com
munis cum romanis signa contulerat. Ad ultimum omnibus copiis con
nixus Ancus atque primum uincit. Inde ingenti praeda ponitus roma
redit. Tum quoq; multis latinor⁹ milibus in ciuitatem acceptis: qb⁹
ut iungeretur pallantino Auentinum amnibus datae sedes. Janicu

lum quoq; adiectum non inopia loci: sene qñda ea arua hostiũ essẽt.
Id non muro solum: sed &iam ob cõmoditatem inuersi ponte sublicio
tum primum in tyberi facto: coniungi urbi placuit. Muritum quoq;
fossa haud paruum munimentum a planioribꝰ additum locis anci
regis opus est. Ingenti incremento rebus auctis cum in tanta multitu
dine hominum discrimine recte an perperam facti confuso facinora
clandestina fierent: cancer ad terrorem increscentis audaciæ medi
a urbe imminens foro ædificatur. Nec urbs tantum hoc rege creuit: sꝫ
&iam ager finesque. Silua Mesia uetustate adempta. usque ad ma
re impium prolatum. & in ora tyberis hostia urbs condita. Salinæ
circa factæ. Egregieque rebus bello gestis ædes iouis feretrij ampli
ficata. Anco regnante lucumo uir impiger ac diuicijs potens ro
mam cõmigrauit cupidine maxime ac spe magni honoris. Cuius
adipiscendi targuinios: nam ipe quoq; peregrina stirpe oriundus erat:
facultas non fuerat. Demoratus corinthi filius erat: qui obsedit moe
domo profugus: cum tarquinios forte consedisset: uxore ibi ducta:
duos filios genuit. Nomina his Lucumo atque Arruns fuerunt. lu
cumo superfuit patri: bonorum omnium heres. Arruns prior q̃ pater
moritur: uxore grauida relicta. Nec diu manet superstes filio pater
Qui cum ignorans nurum uentrem ferre: immemo intestando nepos
decessisset: puerum post mortem aui in nullam sortem bonorꝫ nato:
ab inopia egerio inditum nomen est. Lucumoni contra omniũ here
di bonorum: cum diuitiae tam animos facerent: auxit ducta in ma
trimonium Tanaquil sumo loco nata: & quae haud humiliora ipsi
in quibus nata fuerat sineret: Ea cum illi nupsisset & spernentibus
cunctis Lucumonem exulem aduenam ortum, omnino ferre in
dignitatem non potuit. Oblitaque ingenitæ erga patriam caritatis
dum mõ uirum honoratum uideret: consilium migrandi ab tarq
nijs cepit. Roma est ad id apotissimũ usa: in nouo populo ubi omnis
repentina atque ex uirtute nobilitas fit: futurum locum forti ac
strenuo uiro: regnasse Tarquinium sabinum: accersitum in regnum Nu
mam a curibus: & Ancum sabina matre ortum: nobilemque una
imagine Numæ esse: facile persuadet ei: ut cupido honorum & cui
tarquinij materna tantum patria esset. Sublatis itaque rebus co
migrant romam. Ad ianiculum forte uentum erat. Ibi ei carpento
sedenti cum uxore: aquila suspensis demissa leniter alis pileũ au

ferr: ſuperque carpentū magno cum clangore uolitāſ: rurſuſ ue-
lut miniſteriꝫ diuinitus miſſa capite apte reponit. Inde ſublimiſ abijt.
A cepiſſe id augurium læta dicitur Tanaquil: perito ut uulgo ætruſci
cæleſtium prodigiorum mulier: excelſa & alta ſperare complexa
uirum iubet. Eam alitem ea regione cæli & eiuſ dei nuntiam ue-
niſſe: circa ſūmum culmen hominiſ auſpicium fuiſſe. Leuaſſe
humano ſuperpoſitum capiti decuſ: ut diuinituſ eidē redderet.
H atſ ſpeſ cogitationeſque ſecum portantes urbem ingreſſi ſunt. do-
micilioque ibi compato L. Tarquinium edidere priſcum. Nam &
romaniſ conſpicuum eum nouitaſ diuitiaeque fatiebant: & ipē
fortunam benigno alloquio comiter inuitando: beneficiiſq; qꝰ
poterat ſibi conciliando adiuuabat: donec in regiam quoq; de eo
fama perlata eſt. Nonnaq; ea breui apud regem liberaliter dexte
reque obeundo offitia in familiariſ amicitiæ adduxerat iura:
ut publicis ac priuatis pariter conſiliis belli domique intereſſet:
& per omīa expertuſ: poſtremo tutor & liberis regiſ teſtamento in-
ſtituerētur. Regnauit Ancuſ annoſ quatuor & uiginti: cuiliba
ſuperiorꝫ regum belli pacisque & artibus & gloria par. Iā filij
prope puberem ætatem erant: eo magis Tarquinius inſtare: ut q̄
primum comitia regi creando fierent. Quibꝰ indictis ſub tempuſ
puerοſ uenatum abiegauit. Iſque primuſ & petiſſe ambitione
regnum: & orationem dicitur habuiſſe ad conciliandoſ plebiſ
animoſ compoſitam. Tum ſe rem non nouam petere: quippe qui
non primuſ: quod quiſquā indignari mirari ue poſſet: ſed ter-
tiuſ regnum romæ peregriniſ affecter. Et Tatium non experegri-
no ſolum: ſed & iam ex hoſte regem factum. Et Numam igna-
urbiſ non petentem in regnum ultro accitum. Se ex quo ſui po-
tenſ fuerit: romam cum coniuge & fortuniſ omnibꝰ cōmigraſſe.
Maiorem partem ætatiſ eiuſ: qua ciuilibꝰ offitiiſ fungantur ho-
mineſ: romæ ſe: q̄ in patria uetere uixiſſe. Domi militiæq; ſub
haud pœnitendo magiſtro ipſo Anco rege: romana ſe iura: roma-
noſ ritiuſ didiciſſe. Obſequio & obſeruantia in regem cum omnibꝰ
benignitate erga aliοſ cum rege ipō certaſſe. Hæc eum haud falſa
memorantem ingenti conſenſu populuſ ro. regnare iuſſit. Ergo
uirum cetera egregium ſecuta: quam in petendo huērat: iam
regnantem ambitio eſt. Nec minuſ regni ſui firmandi: q̄ augēdi

rei.p. memor. Centum prēf legit: qui deinde minor⁊ gentiū sunt
appellati. facho haud dubia regis: cuius beneficio in curiam uene-
rant. Bellum primum cum latinis gessit. & oppidū ibi Apiolas ui
cepit. Prædaque inde maiore. q̄ quanta belli fama fuerat retecta.
Ludos opulentius instruxitq; q̄ priores reges fecit. Tum primū
circo. qui nunc maximus dicitur. designatus est locus. Diuisa pa-
tribus equitibusque loca ubi spectacula sibi quisque faceret. fori ap-
pellati. Spectauere furcis duodenos ab terra spectacula alta sustinē-
tibo pedes. Ludicrum fuit equi pugilesq; ex etruria maxime acci-
ti. Solemnes deinde annui mansere ludi. romani magniq; uarie
appellati. ab eodem rege. A circa forum priuatis ædificanda diui-
sa sunt loca: porticus tabernæque factæ. Muroque lapideo circū-
dare urbem parabat. cum sabinum bellum cœptis interuenit. ade-
oque ea res subita fuit. ut prius Anienem transirent hostes. q̄ obui-
am ire. ac prohibere exercitus ro. posset. Itaque trepidatū romae
est. Et primo dubia uictoria. magna utrinque cæde pugnatū est.
Reductis deinde in castra hostium copiis. datoque spatio roma-
nis ad compandum deintegro bellum. Tarquinius equitem maxime
suis deesse uiribus ratus. ad Rāenses. ticienses, luceresque. quas cētu-
rias Romulus scripserat. addere aliας constituit. suoque insignes
relinquere nomine. Id q̄m inaugurato Romulus fecerat. negare
Attus Nauius inclitus ea tempestate augur. neque mutari. neq;
nouum constitui. nisi aues addixissēt. posse. Ex eo regi ira mota.
ludensque artem. ut ferunt. agedum inquit diuine tu inaugura.
fieri ne possit. quod ego nunc mente concipio. Cum ille inauguria
rem exptus profecto futuram dixisset. atqui hoc animo agita
ut inquit. te non acula cotem discussurum. Cape hæc & perage.
quod aues tuæ fieri portendunt. Tum illum haud cunctanter
ibi discessisse cotem ferunt. Statua Attj posita capite uelato. quo
in loco res acta est in comitio in gradibus ipis ad læuam curiæ fuit.
Cotem quoque eodem loco sitam fuisse memorant. ut essent ad po-
steros miraculi euius monumentum. Auguriis certe sacerdotiq;
auguriū tantus honos accessit. ut nihil belli domi que postea.
nisi auspicato gereretur. concilia populi. exercitus uocati. sum a
rerum ubi aues non admisissent dirimerentur. Neque tū Tar-
quinius de equitum centuriis quicquā mutauit. Humero tm

alterum adiecit: ut mille & trecenti equites in tribus centuriis essent. Posteriores mō sub his nominibus: qui addit erant appellati sunt: q̄s nunc quia geminatæ sunt sex uocant centurias. Hac parte copiarum aucta: iterum cum sabinis confligitur. Sed præter quā quod uirtbo creuerat romanus exercitus: ex occulto & additur dolus: missis qui impugnam magnam uim lignorum in amnis ripa iacentem ardentem in flumen conicerent. ventoque iuuante accensa ligna & pleraq; ratibus impacta: sublicis cum hærerent pontem succendunt. Ea quo q; res in pugna terrorem attulit sabinis. Effusis eadem fugam impedijt: multique mortales cum hostem effugissent: in flumine ipō perirent: quorum fluitantia arma ad urbem cognita in tyberi prius pene q̄ nuntiari posset insignem uictoriam fecere. Eo prælio præcipua equū gloria fuit. Utrinque ab cornibus positos cum iam pellerentur media suorum peditum acies: ita incurrisse ab lateribus ferunt: ut nō sisterent mō sabinas legiones ferociter instantes cedentibus: sed subito in fugam auerterent. Montes effuso cursu sabini petebant: & pauci tenuere. Maxima pars: ut ante dictum est: in flumine ab equitibus cæsi sunt. Tarquinius instandum perterritis ratibus: præda captisque romā missis: spolijs hostium: id uotum Vulcano erat: ingens cumulo accensis: pergit porro in agrum sabinum exercitum ducere. Et q̄q̄ male res gesta erat: nec gestibus melius se sperare poterant: tū quia consulendi res nō dabat spatium: iere obuiam sabini tumultuario milite. Iterūq; ibi cæsi fusi: perditis iam prope rebus: pacem petere. Collatia & quicqd circa collatiam agri erat sabinis ademptum. Egerius fratris hic filius erat regis: collatiæ in præsidio relictus. Deditosque collatinos ita accipio: eamque deditionis formulam esse. Rex interrogauit estis ne uos legati oratoresque missi a populo collatino: ut uos populumq; collatinus dederetis: & sumus. Estne populus collatinus in sua potestate: & est. dedimus ne uos populūque collatinum. urbem. agros. aquam. terminos. delubra. utensilia diuina humanaque omnia in meam populique ro. dicionem: & dedimus. Et ego recipio. Bello sabino perfecto Tarquinius triumphans romam redit. Inde priscis latinis bellum fecit. Vbi nusq̄ ad uniuersi rei dimicationem uentum est: ad singula oppida circumferendo arma: omne nomen latinum domuit. Corniculum. ficulnea. uetus camerta. crustumium. ameriola. medulia. nomentum: hæc deprisci latini aut qui ad latinos defecerant capta oppida. Pax deinde

et facta. Maiore inde animo patrs opera inchoata: q̄ quāta mole
gesserat bella: ut non quienor populus domi esset: q̄ militiae fuisset:
Nam & muro lapideo: cuius exordium operis sabino bello turbatū erat:
urbem quia nondum munierat: cingere parat: & infima urbis loca ar-
ca forum: aliasq: interiectas collibus ualles: quia ex planis locis haud fa-
cile euchebant aquas: cloacis e urbe in tyberim ductis siccat. Et arcā
ad aedem in capitolio iouis: quam uouerat bello sabino: iam praesagiē-
te animo futurum olim ibi amplitudinem loci occupat fundamentis.
Eodem tempore in regia prodigium ortum: cuiusque mirabile fuit: pu-
ero dormienti: cui Seruio Tullo nomen fuit: caput arsisse ferunt multo-
rum in conspectu. Plurimo igitur clamore inde ad tantae rei miraculo
orto: exanimi regem: & cum quidā ex familiarium aquam ad restin-
guendum ferre: ab regina retentum: sedatoque iam tumultu: mouere
uetuisse puerum: donec sua sponte expergisceretur: mox cum somno &
flammā abisse. Tum adducto in secretū uiro tanaquil: tu des ne tu
puerum hunc inquit: quem tam humili cultu educamus: scire licet
hunc lumen quondā rebus nris dubiis futurum: praesidiūque regiae
afflictae. Proinde materiam ingenii publice priuatīque decoris om-
ni indulgentia nra nutriamus. Inde puerum liberorū loco hēri coeptum:
eruditique artibus quibus ingenia ad magnae fortunae culmen excitāt.
Euenit facile quod diis cordi esset. Iuuenis euasit uere indolis regiae: nec
cum quereretur gener Tarquinio: quisquā romanae iuuentutis ulla ar-
te conferre potuit: filiamque suam ei rex despondit. Hic quacunque de
causa tantus honos illi allatus credere prohibet seruia natum eum: par-
uumq; ipm seruisse. Eorum magis sitae sum: qui Corniculo capto: ser-
ui Tulli: qui princeps in ea urbe fuerat: grauidam uiro uxorem occiso:
cum inter reliquas captiuas cognita essa: ob unicam nobilitatem ab
regina romana prohibitam ferunt seruitio. partum romae edidisse i
prisci Tarquinij domo: inde tanto beneficio & inter mulieres familia-
ritate auctam: & puerum in domo a paruo educatum in caritate atq;
honore fuisse. fortunam matris: quod capta patria in hostium manus
uenerit: ut seruia natus crederetur, fecisse. Duo de quadragesimo ferme
anno ex quo regnare coeperat Tarquinius: non apud regem mō: sed apd
patres plebemq: longe maximo honore, Seruius Tullus erat. Cui Anci i
filij duo: & si anita semper pro indignissimo huerant se paterno regno ru-
tores fuisse: regnare romae aduenam. non mō ciuem: sed ne italicq;

quidē ſtirpiſ: tamen impenſiuſ hiſ indignitaſ creſcere: ſi non ab Tar-
quinio quidē ad ſe rediret regnum: ſed præceps inde porro ad ſeruia
caderet: ut in eadem ciuitate poſt centeſimū fere annum: q̄ Romuluſ deo
progeniuſ deuſ ipē tenuerit regnum donec in terriſ fuerit: id ſeruuſ ſer
ua natuſ poſſideat. Tum cōmune romani nominiſ: tum præcipue id do
muſ ſuae dedecuſ fore: ſi Anci regiſ uirili ſtirpe ſaluā: non mō aduenæ
ſed ſeruuſ &iam romae regnum pateret. Ferro igitur eam cōtumeliaz
arcere ſtatuunt. Sed iniuriae dolor in Tarquinium ipm magiſ: q̄ in ſer
uium eoſ ſtimulabat. & quia grauior ultor cædiſ ſi ſupereſſet: rex fu
turuſ erat: q̄ priuatuſ: & quia Seruio occiſo: quēcunque aliū genery
delegiſſet: eundem regni heredem facturuſ uidebatur. Ob hæc ipi re
gi inſidiæ parantur. Ex paſtoribo duo ferociſſimi delecti ad facinuſ
qui conſueti erant utrinque agreſtibuſ ferramentiſ in ueſtibulo regiae
q̄ potuere potuere tumultuoſiſſime ſpetie rixæ in ſe omneſ apparoreſ
regioſ conuertunt. Inde cum ambo regem appellarent: clamorq; eoruz
penitus in regiam peruenisſet: euocati ad regem perguntur. primo utriq;
uociferari & certatim alter altero obſtrepere. Coercui ab lictore & iuſſi
in uicem dicere: tandem obloqui deſiſtunt. Vnuſ rem ex compoſito or
ditur. Dum intentuſ in eum ſe rex totuſ auertet: alter elatam ſecuri
in caput dedecit. Relictoque in uulnere telo ambo ſe foraſ ejiciunt. Tar
quiniū morbundum cum qui circa erant excepiſſent: illoſ fugientes
lictoreſ comprehendunt. Clamor inde concurſuſque populi mirantiū
quid rei eſſet: Tanaquil inter tumultum claudi regiam iubet: arbitroſ
ejcit: ſimulque quae curando uulneri opuſ ſunt: tanq̄ ſpeſ ſubeſſet: ſe
dulo comparat: ſimulque ſi deſtituat ſpeſ alia præſidia molitur. Ser
uio propere accito: cum pene exanguem uirū oſtendiſſet dexteraī te
nens orat: ne inultam mortem ſoceri: ne ſocerum inimiciſ ludibrio eſſe
ſinat. Tuum eſt inquit Serui ſi uir es ſtbiere regnum: non illorz qui
alieniſ manib; peſſimum facinuſ fecere. Erige te deoſque duces ſequere
qui clarum hoc fore: caput diuino quondam circūfuſo igni portende
runt. Nunc te illa celeſtiſ excitet flamma. nunc expergiſcere uere &
noſ peregrini regnauimuſ. Quiſ ſiſ non unde natuſ reputa. Si tua te
ſubita conſilia torpent: ac tu mea conſilia ſequere. Cum clamor im
petuſque multitudiniſ uix ſuſtineri poſſet: ex ſuperiore parte ædiuz
per feneſtraſ in nouam uiam uerſuſ. hītabat n. rex adiouiſ ſtatoriſ
ædem: Tanaquil populū alloquitur iubet bono aiō eſſe. Sopitum

fuiſſe regem ſubito ictu. haud alte ferrum in corpus deſcendiſſe
iam ad ſe rediſſe. Inſpectum uulnus abſterſo cruore omnia ſalubria ee
confidere prope diem ipm eos uiſuros. Interim Seruio Tullo iubere popm
dicto audientem eſſe: eum iura redditurum, obiturumque alia regis mu
nia. Seruius cum trabea & lictoribs prodit: ac ſede regia ſedens alia de
cernit: de aliis ſe conſulturum regem eſſe ſimulat. Itaque per aliquot di
es cum iam expiraſſe Tarquinius celata morte per ſpeciem alienæ fungē
dæ uicis ſuas opes firmauit. Tum demum palam facto: & complorati
one in regia orta: Seruius præſidio firmo munitus: primus inuſſu po
puli uoluntate patrum regnauit. Anci liberi iam tum comprenſi ſce
leris miniſtris: ut uiuere regem & tantas opes eſſe Seruii nuntiatum eſt:
Seſſam pometiam exulatum ierant. Nec iam publicis conſiliis magis
Seruius: q̄. priuatis munire opes: & ne qualis anci liberis animus ad
uerſus tarquinium fuerat: talis aduerſus ſe tarquinij liberis eſſet: du
as filias iuuenibs regis Lucio atque Arunti Tarquiniis iungit. Nec ni
pir tm fati neceſſitatem humanis conſiliis: quin inuidia regni & iam
inter domeſticos infida omnia atque infeſta facerent. Peroportune
ad præſentis quietem ſtatus: bellum cum uicinis, iam .H. induciae
exierant, aliisque etruſcis ſumptum. In eo bello & uirtus & fortuna
Seruij Tullij enituit: fuſoq; ingenti hoſtium exercitu haud dubius
rex ſeu patrum ſeu plebis animus periclitaretur, romā rediit. Aggre
ditur q; inde pacis longe maximū opus: ut quēadmodum Numma
dium auctor iuris fuiſſet: ita Seruium conditorem omnis in ciuitate
diſcriminis ordinūque: quibs inter gradus dignitatis fortunæque
aliquid inter luceret poſteri fama ferrent. Cenſum .H. inſtituit rem ſalu
berrimam tanto futuro imperio: ex quo belli pacisque munia nō iu
ritim ut ante: ſed pro habitu pecuniarum fierent. Tum claſſes centuri
asque & hunc ordinem ex cenſu deſcripſit: uti pace decorum ut bello
Ex his qui centum miliūm æris aut maiorem cenſum hrent. lxxx. cō
fecit centurias: quadragenas ſeniorum: ac iuniorum. Prima claſſis
omnes appellari: ſeniores ad urbis cuſtodiam: ut præſto eſſent: Junio
res ut bella foris gererent. Arma his imperata. galea. clipeus. ocreæ. lori
ca omnia ex ære. hæc ut tegimenta corporis eſſent. Tela in hoſte haſta
que & gladius. Addiri huic claſſi duæ fabrum centuriæ: quæ ſine
armis ſtipendia facerent. Datum munus: ut machinas in bello ferrēt
Secunda claſſis intra centum uſque ad quīque & .lxx. miliū cenſum

instituta ex his seniorib⁹ iuniorib⁹q; .xx. conscriptæ centuriæ. Arma imperata scutum pro clipeo & præter loricam omnia eadem. Tertiam classem in quinquaginta milium censum esse uoluit: totidem centuriæ. & hæ eodēque discrimine ætatum factæ. nec de armis quicquā mutatum ocreæ tantum ademptæ. In quarta classe census quīque & .xx. milium totidem centuriæ factæ. Arma mutata nihil præter hastam & uexillum datum. Quinta classis aucta centuriæ .xxx. factæ. fundas lapidesque missiles hi secum gerebant. In his accensi cornicines tibicinesque in tres centurias distributi .xi. milibus hæc classis censebatur. hic minor cēsus reliquā multitudinem habuit. Inde una centuria facta est īmunis militia. Ita pedestri exercitu ordinato distributoque equitum ex primoribus ciuitatis .xij. scripsit centurias. Sex item alias centurias tribo ab Romulo institutis sub hisdem quibus inauguratæ erant nominib⁹ fecit. Ad equos emendos denā milia æris ex publico data. & quib⁹ equos aleret uiduæ attributæ: quæ bina milia æris in annos singulos penderent. Hæc omnia in ditem ab pauperibus inclinata onera. Deinde est honos additus. non .x. ut ab Romulo & ceteri traditum seruauerant reges uirum suffragium eadem ui eodemq; iure promiscue omnib⁹ datū est. Sed gradus facti: ut neque exclusus quisquā suffragio uideretur & uis omnis penes primores ciuitatis essĕt. Equites .x. uocabantur primi .lxxx. inde primæ classis centuriæ peditum uocabatur: ibi si uarianda q̄d raro incidebat: ut secundæ classis centuriæ uocarentur: nec ūo unq̄ infra ita descenderent: ut ad infimos perueniretur. Nec mirari oportet hūc ordinē qui nunc est post expletas .v. & .xxx. tribus duplicato earum nūo centuriis iuniorum seniorūque ad institutā ab Seruio Tullio summam non cōuenire. Quadrifariam .x. urbe diuisa regionib⁹ collibusque: quæ hītabantur pagi tribus eas appellauit: ut ego arbitror ab tributo. Nam census quoq; æqualiter ex censu conferendo ab eodem ratio inita est. Neque hæ tribus ad centuriarum distributionem numerūque quicquā permouere. Censu perfecto quem maturauerat mense lustri deincepsĕ late cum tumultorū minis mortisque edixit: ut omnes ciues ro. equites peditesque in suis quisq; centuriis in campo martio prima luce adessent. Ibi instructum exercitum omnem sue. one. tauris tribus lustrauit. Idque conditum lustrum appellatum: quia in censendo finis factus est. Milia .lxxx. eo lustro ciuium censa dicuntur. Addidit scriptorum antiquissimus Fabius pictor. eorū qui arma ferre possent cum numerū fuisse. Ad eam multitudinē urbs

amplificanda uisa est. Addit duos colles quirinalē viminalemque. In
de demcepſ auget exquiliaſ. Ibique ipē: ut loco dignitaſ fieret habitat.
Aggere & foſſis & muro circundat urbem. Item pomerium profert. Pome
rium uerbi uim ſolam intuentes poſt moenium interpretantur eſſe. Eſt
autē magis circa murum locus: quem in condendis urbibus quondā etru
ſci: qua murum ducturi erant certis circa terminis inaugurato conſe
crabant: ut neque interiore parte aedifica moenibus continuarentur.
quaenunc & uulgo contunguntur & extrinſecus puri aliquid ab huma
no cultu pateret ſoli. Hoc ſpatium quod neque habitari neque arari fas
erat: non magis quod poſt murum eſſet: q̄ quod murum poſt id: po
merium romani appellauerunt. & in urbis incremento ſemper quātus
moenia proceſſura erant tantū terminos conſecrati proferebant. Aucta
ciuitate magnitudine urbis: omnibus domi & ad belli & ad pacis u
ſus formatis: ne ſemper armis opes acquirerentur conſilio augere im
perium conatus eſt: ſimul & aliquid addere urbi decus. Iam tū eāt
inclitum dianæ epheſiae phanum: id cōmuniter a ciuitatib⁹ Aſiæ
factum fama ferebat: cum conſenſum populorum deosque conſoti
atos laudaret mire Seruius inter proceres Latinorum: cum quibus
publice priuatimque hoſpitia amicitiaſque de induſtria iunxerat
ſepe iterando eadem perpulit tandem: ut romæ phanum dianæ
populi latini cum populo ro. facerent. Ea erat confeſſio caput rerū
romam eſſe: de quo tonens armis certatum fuerat: id q̄q̄ obmiſſum
iam ex omni cura Latinorum obrem tonens infeliciter temptatam
armis uidebatur: uni ſe ex ſabinis ſors dare uiſa eſt: priuato conſi
lio imperij recupandi. Bos in ſabinis nata cuidam patri familiae
dicitur: miranda magnitudine ac ſpetie: fixa per multas aetates e
cornua in ueſtibulo templi dianæ monimentū ei fuere miraculo.
Habita ut erat: res prodigij loco eſt. & cecinere uates cuius ciuitatis eā
ciues dianæ immolaſſent: ibi fore imperium. Idque carmen pueneāt
ad Antiſtitem phanī dianæ. Sabinus ut primū apta ſacrificio dies
uiſa eſt: bouem romam actam deduxit ad fanum dianæ: & aū arā
ſtatuit. Ibi antiſtes romanus: cum eum magnitudine uictimæ cele
brata fama mouiſſet: memor reſponſi: ſabinum ita alloquitur. Quid
nam tu hoſpes paras inquit inceſte ſacrificium dianæ facere? quī tu
ante uiuo perfunderis flumine: infima ualle præfluit tyberis. Religi
one tactus hoſpes: qui omnia ut prodigio reſponderet euentus: cupet

al eam rem

rite facta extemplo descendit ad tyberim. Interea romanus Annistes
immolat dianæ bouem. Id mire gratum regi atque ciuitati fuit.
Seruius q̄q̄ iam usu haud dubie regnum possiderat: tñ quia interdū
iactari uoces a iuuene Tarquinio audiebat: se inussu populi regnare.
Conciliata prius uoluntate plebis: agro capto ex hostibus, uirum di-
uiso: ausus est ferre ad populum: uellent iuberent ue se regnare: tan-
toque consensu: quanto haud quisquā alius ante rex est declaratus.
Neque ea res Tarquinio spem affectandi regni minuit. imo eo impe-
riosior: quia de agro plebis aduersus patrum uoluntatem senserat agi:
criminandi seruij apud patres crescendique in curia datam sibi oc-
casionem ratus est: & ipse iuuenis ardentis animi erat: & domi ux-
ore Tullia inquietum animū stimulante. Tulit.n. & romana regia
sceleris tragici exemplum: ut tedio rerum maturior ueniret libertas:
ultimūque regnum esset: quod scelere partum foret. Hic L. Tarqui-
nius prisci Tarquinij regis filius nepos ue fuerit parum liquet: plu-
ribus tñ auctoribus filium ediderim: fratrem hūerat Aruntem Tar-
quinium mitis ingenij iuuenem. His duobus ut ante dictum est: duæ
Tullij regis filiæ nupserant. Et ipse longe dispares moribus: forte ita
inciderat ne duo uiolenta ingenia matrimonio iungerentur: fortuna
credo ppli ro. quo diuturnius Seruij regnum esset: constitutaq; ciui-
tatis mores possent. Angebatur ferox Tullia nihil materiæ in uiro:
neque ad cupiditatem neque ad audaciam esse: tota in alterū uersa
Tarquinium: eum mirari cum uirum dicere: ac regio sanguine ortus:
spernere sororem: quod uirum nacta muliebri cessaret audacia. Con-
trahit celeriter similitudo eos: ut fere fit malum malo aptissimū. Sed
initium turbandi omnia a femina ortum est. Ea secretis uiri alienis a
suefacta sermonibus: nullis uerborum cōtumelijs parcere de uiro ad
fratrem de sorore ad uirum. & se rectius uiduam & illum cœlebem
futurum fuisse contendere: q̄ cum impari iungi: aut elanguescē-
dum alienis ignauia esse: & si sibi eum quo digna esset dij dedissēt
uirum: domi se prope diem uisuram regnum fuisse: quod apud pa-
trem uiderat. Celeriter adolescentem suæ temeritatis implet. Arun-
Tarquinius & Tullia minor prope continuatis funeribus: cum domos
uacuas nouo matrimonio fecissent: iunguntur nuptijs magis non
prohibente Seruio: q̄ approbante. Tum iō indies infestior Tullij se-
nectus: infestius regnum coepit esse. Iam.n. ab scelere ad aliud spe-

ctare mulier sceluſ: nec nocte: nec interdiu uirum conquiescere pati
ne gratuita parricidia preterita essent. Non sibi defuisse cui nupta dice
retur: nec cum quo tacita seruiret. defuisse qui se regno dignū putara
qui meminisca se esse prisci tarquinii filium: qui hr̄e: q̄ sperare regnū
mallet. Si tu is es: cui nupsam me arbitror: & uirum & regem appel
lo: Sin minus eo nunc peius mutata res est: quod istic cum ignaui
a est sceluſ. Tuum accingeris: non tibi ab corintho: nec ab tarq
uinis: ut patri tuo peregrina regna moliri necesse est. Dij te pena
tes patriique & patrius imago & domus regia & in domo regale
solium: & nomen Tarquinium creat uocatque regem. Aut si ad hoc pa
rum est animi: quid frustraris ciuitatem: quid te ut regum iuuenē
conspicuſ: facesse hinc Tarquinios aut Corinthum. Deuolue retro
ad stirpem fratri similior: q̄ patri. His aliisque increpando iuue
nem instigat. nec conquiescere ipā potest: si cum Tanaquil pegrina
mulier tantū moliri potuissa animo: ut duo continua regna uiuo
ac deincepſ genero dedissa: ipā regio semine orta: nullum momē
tum in dando adimendoque regno faceret. His muliebribus in
stinctus furijs Tarquinius: circūire & prensare minorū maxime gen
tium patres admonere paterni beneficij: ac pro eo gratiā repetere.
allicere donis iuuenes: cum ingentia pollicitando: tum regis cri
minibus omnib⁹ locis crescere: postremo ut iam agendæ rei tēpus
uisum est: stipatus agmine armatorū in forum irrūpit. Inde ōi
bus perculsis pauore: in regia sede pro curia sedens patres in cur
iam per preconem ad regem Tarquinium citari iussit. Conuenere
ex templo alij iam ante ad hoc preparati: alij metu ne non uēisse
fraudi essa: nouitate ac miraculo attoniti: & iam de Seruio actū
rati. Ibi Tarquinius maledicta ex stirpe ultima orsus: seruū seruia
que natum post mortem indignam parentis sui non interregno:
ut antea inito: non comitijs habitis: non per suffragium populi: nō
patribus auctoribus: muliebri dolo regnum occupasse. Ita natum
ita creatum regem fautorem infimi generis hominū ex quo ipē sit
odio alienæ honestatis ereptum primoribus agrum sordidissimo
cuique diuisisse: omnia onera: quę cōmunia quondam fuerit in
clinasse in primores ciuitatis. Instituisse censum: ut insignis ad
inuidiam locupletiorum fortuna essa: & parata ubi uellet egen
tissimis largiretur. Huic orationi Seruius cum interuenisset: tre-

pido nuntio excitatus extemplo uestibulo curiæ magna uoce: quid hoc inquit Tarquini rei est? qua tu audacia me uiuo uocare ausus es patres: aut in sede considere mea? Cui ille ferociter ad hæc se patres sibi tenere sedem: multo q̄ seruum potiorem filium regi regni heredem. satis illum diu per licentiam illudentem insultasse dmis Clamor ab utriusque fautoribus oritur. & concursus populi fiebat in in curiam. apparebatque regnaturum qui uicisset. Tum Tarquinius necessitate iam ipsa cogente ultima audere. Longe multo & aetate & uiribus ualidior medium arripuit seruium. elatumq; e curia in inferiorem partem per gradus dejecit. Inde ad cogendum senatū in curiā redijt. Fit fuga regis apparitorum ac comitum. Ipse propere exanimis cum semianimi regio comitatu domum se recipere: peruenisque ad summū ciprium uicum ab his qui missi ab Tarquinio fugientem consecuti erant: interficitur. Creditur, quia non abhorret a cetero scelere admonitu Tulliae id factum. Carpento certe: id quod satis constat in forum inuecta: nec reuerita coetum uirorū euocauit uirum e curia: regemque prima appellauit. A quo facessere iussa extanto tumultu: cum se domum reciperet: peruenisseque ad summū ciprium uicum: ubi dianium nuper fuit: flectere carpentū in dextram Auriga ausus est: ut in collem exquiliarium ueheretur. Restitit pauidus atque inhibuit frenos is: qui uimenta agebat: iacentem dominæ Seruium truncatum ostendit. Fœdum inhumanumque scelus: monumentoque locus est: quem sceleratū uicum uocant: quo amens furijs sororis ac uiri Tullia: p̄ pris corpus carpentum egisse ferunt: patremque sanguinis ac cedis paternæ cruento uehiculo contaminata sparsaque tulisse ad penates suos utrique sui: quibus irati: malo regni principio similes prope diem exitus sequerentur. Seruius Tullius regnauit annos quatuor & quadraginta ita: ut bono & iam moderatoque successori regi difficilis emulatio esset. Caeterum id quoque ad gloriam accessit: quod cum illo simul iusta ac legitima regna occiderunt. Id ipm̄ tam mite ac tam moderatum imperiū: tamen cum tyrannus esset: deponere eum in animo habuisse: quidam auctores sunt. ni scelus intestinū liberandæ patriæ consilia agitanti interuenisset. Inde L. Tarquinius regnare cœpit: cui superbo cognomen facta indiderunt: quia socerum gener sepultura prohibuit. Romulum quoq; insepultum

.ferunt.

perisse dicturam. Primore patrum: quos senum rebus famisse credebat:
interfecit. Consciusque deinde male quærendi regni ab se ipō uersus se exem
plum capi posse: armatus corpus circumsepsit. Neque n. ad hos regni quicqm
præter vim habebat: ut qui neque populi nutu: neque auctoribo patribus
regnaret. Eó accedebat: ut in caritate ciuium nihil spei reponem mens re
gnum mutandum esset. Quem ut pluribus meuerat: cognomen capitalium
rerum sine consilijs per se solus exercebat. Perque eam cam occidere: in exi
lium agere: bonis multare poterat: non suspectos mō aut inuisos: sed unde
nihil aliud q̄ predam sperare posset. Ita patrum precipue numero imi
nuto statuit nullos in partes legere: quo contemptior paucitate ipa ordo
esset: minusque per se mihil agi indignaretur. Hic n. primus regum: ut
traditur a prioribus: morem de omnibus senatum consulendi solutum do
mesticis consilijs rem p. administrauit. bellum. pacem. fœdera sonetas
res per se ipē cum quibo uoluit inussu populi ac senatus fecit. diremitq;
Latinorum maxime gentem sibi conciliabat: ut peregrinis quoq; opibo
rum inter ciues esset. Neque hospitia mō cum primoribus erat: sed
affinitates quoque iungebat. Octauio Manilio Tusculano: ut longe pn
cepsLatini nominis erat: si fame credimus ab ulixe deaque Circe orun
dus: ei Manilio filiam nuptu dat. Per que eas nuptias multos sibi cog
natos amicosque ciuis conciliat. Iam magna Tarquinij auctoritas inter
Latinorum proceres erat: cum in diem certam ut ad lucum ferentinae
conueniant: edicit esse quæ agere de rebus cōmunibus uelit. Conue
niunt frequentes prima luce. Ipse Tarquinius diem quidē seruauit:
sed paulo ante: q̄ sol occideret. Multa ibi tota die in concilio uarijs ra
ctata sermonibus erant. Turnus Herdonius ab aricia ferociter in ab
sentem Tarquinium erat inuectus. Haud mirum esse superbo indictum
rome cognomen. Iam n. ita clam quidam muscitantes. Vulgo m̄ eum
appellabant: an quid quæ superbius esse: q̄ ludificari sic omne nomen
Latinum. Principibo longe ab domo exercitus: ipm̄ qui concilium indixerat
non adesse: tentari profecto patientiam: ut si iugum acceperint ob
noxius premat. Cui n. non appareret affectare eum imperium in Lati
nos: quod si sui bene crediderint ciues aut si creditum illud a. nō ra
ptum parricidio sit: credere a. Latinos q̄q̄ ne sic quidem alienigenæ de
berent: si & suos eius pœniteat. Quippe qui alij super alios trucidentur
exultatum esset. bona amittant. quid spei melioris Latinis portendi:
si se audiant domum suam quenq; inde abiisse: neque magis obsir

uaturos diem concilij: q̄ ipſe qui indixerit obſeruat. Haec atq; alia eodem pertinentia ſedulouſ facinoroſuſque homo hiſq; artibuſ opes domi nactuſ cum maxime diſſereret: interuenit Tarquinius: ſi ſimſ ora tionis ſint. Auerſi omneſ ad Tarquinium ſalutandu: qui ſilentio facto: admonituſ a proximis ut purgaret ſe: quod id temporis neglexiſſet: diſce ptatorem ait ſe ſumptum inter patrem & filium: cura reconciliandi eoſ in gratiam moratum eſſe: & quia ea res exemiſſet diem illium: po ſtero die acturum que conſtituiſſet. Ne id quidē ab initio geſtum fuiſſe da citum ferunt. Dixiſſe. H. nullam breuiorem eſſe cognitionem: q̄ inter patrem & filium: paucisque uerbis tranſigi poſſe: ni pareat patri ha bituruſ eſſe infortunium. Haec Aricinuſ in romanum regem incre pans ex concilio abijt. Quam rem Tarquinius aliquanto q̄ uidebatur ae grius ferens: confeſtim Turno necem machinatur: ut cum terrorem quo ciuium animoſ domi oppreſſerat: latinis injecerat. Et quia pro imperio palam interfici non poterat: oblato falſo crimine inſontem op preſſit: per aduerſe factionis quoſdam Aricinoſ: ſeruum Turni auro corrupit: ut in diuerſorium eius vim magnam gladiorum inferri a clam ſineret. Ea cum nocte una perfecta eſſent: Tarquinius paulo ante lucem accitus ad ſe principibus latinorum: quaſi re noua perturbatus mo ram ſuam heſternam uelut deorum quadam prouidentia illatā aut ſaluti ſibi & illius fuiſſe. Abſ Turno dici ſibi & primoribus populorum parari necem: ut latinorum ſolius imperium teneat. Aggreſſuru fuiſſe heſterno die in concilio dilatam rem eſſe: quod auctor concilij defuerit quem maxime petebat. Inde illam abſentis inſectationem eſſe natam quod morando ſpes deſtituerit. Non dubitare ſi uera deferantur: quin prima ubi uentum in concilium ſit: inſtructus cum cōiuratorū manu armatuſque ueniturus ſit. Dici gladiorum ingentem eſſe numerum ad eum conuectum. Id uanum nec ne ſit extemplo ſciri poſſe: rogare eoſ ut inde ſecum ad Turnum ueniant. Suſpectam rem fecit: & inge nium Turni ferox: & oratio heſterna: & mora Tarquinij: quod uide batur ob eam differri cædes potuiſſe. Eunt inclinatis quid ad credē dum animis: tū nihil gladijs deprehenſis cætera uana extimaturi. Vbi eſt eo uentum: Turnium ex ſomno excitatum circūſiſtunt cuſtodes: cō prehenſiſq; ſeruis: qui caritate domini vim pabant: cum gladij abdi ti abomnibus locis diuerticuli promtaherentur. Ea uero manifeſta res uiſa: iniectæque Turno cathenæ: & confeſtim latinorū concilium ma

gno cum tumultu aduocatur. Ibi tam atrox inuidia orta est: gladius in medio posit: ut indicta causa nouo genere leti delectus ad caput aquę ferentinæ crate superne iniecta: saxisque congestis mergeret. Reuocatisque deinde ad concilium latinis tarquinius: collaudatisque: qđ Turnum nouantē res pro manifesto parricidio merita poena affecisset ita uerba fecit. Posse quidem se uetusto iure agere: quod cum omnes latini ab alba oriundi sint: in eo fœdere teneantur: quo ab Tullo res ōis albana cum colonis suis in romanum cesserit imperium. Ceterū se utilitatis id magis omniū causa censere: ut renouetur id fœdus: secūda que ponus fortuna populi ro. ut participes latini fruantur: q̄ urbiū excidia uastationesque agrorum: quas Anco prius patre suo: deinde regnante perpessi sunt semper aut spectent aut patiantur. Haud difficulter persuasum latinis: q̄q̄ in eo fœdere supior romana res erat Ceterum & capita nominis latini stare ac sentire cum rege uidebātur. Et Turnus sui cuique periculi: si aduersatus esset: recens erat documentum. Ita renouatum fœdus: indictūque iunioribus latinorū: ut ex fœdere die certa ad lucum ferentinæ armati frequentes adessent. Qui ubi ad edictum regis romani ex omnibus populis conuenere: ne ducez suum: neue secretum imperium: propria ue signa hrent: miscuit manipulos ex latinis romanisque: ut ex binis singulos faceret: binosq; ex singulis. Ita geminatis manipulis centuriones imposuit. nec ut iuuistus in pace rex: ita dux belli prauus fuit: quin ea arte æquasset superiores reges: ni degeneratum in alios. huic quoq; decori defectasse. Is primo uolsas bellum in ducentos ampliusq; post suam aetatem annos mouit: sessamque pomeriam ex his ui cepit. Vbi cum diuidendo prædam. xl. talenta argenti aurique recepisse: concepit animo eā amplitudinem iouis templi: quae digna deum hominūque regi: q̄ romano imperio: quae ipius & ibi loci maiestate esset: captiuā pecuniā in ædificationem eius templi reposuit. Excepit deinde eum lenuus superbellum: quo Gabios propinquā urbem ne quicquā ui adortus: cum obsidendi quoque urbem spes pulso a mœnibus adempta esset: postremo etiāme arte romana fraude ac dolo aggressus est. Nam cum uelut posito bello fundamenta templi faciendi: aliisq; urbanis opibus intentum se esse simularet: sextus filius eius: qui minimus ex fratribus erat: transfugit ex composito Gabios: patris in se seuitiam intollerabilē conqrens iam ab alienis in suos uertisse superbiam & liberorum quoq; eū frequētiæ

tedere: ut quam in cuna solitudinem fecerit domi quoque fanat: ne q̄m
shirpem: ne quem heredem regni relinquat. Se quidē inter tela & gladios
patris elapsum: nihil usq; sibi tutum: nisi apud hostes tarquinij credi
disse. Nam ne errarent: imminere his bellum quod positum simulatur: &
per occasionem cum incautos inuasurum: quod si apud eos supplicib loc⁹
non sit: peruerraturum se omne latium: pulsumq; inde & equos & her-
nicos petiturum: donec ad eos perueniat: qui a patrum crudelibus at
que impijs supplicijs regere liberos seuant. Forsitan & ardoris aliquid
ad bellum armaque se aduersus superbissimum regem ac ferocissimum
populū inuenturum. Cum si nihil moraremur: infensus ira: porro inde
abiturus uideretur: benigne ab gabinis excipitur. Vetant mirari si i
qualis in cues qualis in sonos: talis ad ultimū in liberos essa: in se ipm
postremo seuiturum: si alia desint. Sibi uō gratum aduenū eius esse
futuriq; credere breui: ut illo adiuuante a portis gabinis sub roma-
na moenia bellum transferatur. Inde ad consilia publica adhiberi.
Vbi cum de alijs rebus assentire se ueteribus gabinis diceret: quibus hę
notorij essent: ipē identidem belli auctor esse. In eo sibi precipue pru-
dentiam assumere: quod utriusq; populi uires nossa: sciretque in u-
sam profecto superbiam regiam cunctis esse: quā ferre ne liberi quidē
potuissent. Ita cum sensim ad rebellandum primores gabinorū incita-
ret: ipē cum promptissimis iuuenum predatum atque in expeditiones
ra: & dictis factisque omnib ad fallendum instructis: uana credē-
ra fides: dux ad ultimum belli legitur. Ibi cum incerta multitudine qd
ageretur prœlia parua inter romam gabiosq; fierent: quibus plerūq;
gabina res superior essa: tum certatim sūmi infimiq; gabinorum
Sextum Tarquinium dono deum sibi missum ducem credere. Apud
milites uō obeundo pericula ac labores inter predam munificę lagiendo
tanta caritate esse: ut non pater Tarquinius potentior rome: q̄ filius
gabijs essa. Itaque post q̄ sanis uirium collectum ad omnes conatus
uidebat: tum e suis unum sagacissimum romam ad p̄em mittit: quid
iam se facere uellet: q̄n quid ut omnia unus pre gabijs posset. Et dij de
dissent. Huic nuntio quia credo dubiæ fidei uidebatur nihil uoce re-
sponsum est. Rex uō uelut deliberabundus in ortum edium transit
sequente nuntio filij: ibi inambulans tacitus sūma papauerū capita
dicitur baculo decussisse. Interrogando expectandoq; responsum
nuntius fessus ut re imperfecta redit gabios. Quæ dixerit ipē: queq;

udent referr: seu ira seu odio seu superbia insita ingenio nullā eius uocem emisisse. Sexto ubi quid uellet parens. quidue praeciperet tacitis ambagibus patuit: primores ciuitatis criminando alios apud populum alios sua ipos inuidia oportunos interemit. Multi palam quidam in quibus minus speciosa criminatio erat furtiua clam interfecti. Patuit quibusdā uolentibo fuga. aut in exilium ach sunt. absentiumque bona iuxta atque interemptorum diuisa fuere. Largitionis inde praedaeque & dulcedine priuati cōmodi sensus malorum publicorū adimi: donec orba consilio auxilioque gabina res regi romano sine ulla dimicatione in manum tradituir. Gabijs receptis tarquinius pacem cum equorū gente fecit. foedus cū eis antiquas renouauit. Inde ad negotia urbana animū conuertit. Quorum erat primum: ut iouis templum in monte tarpeio monumentum regni sui nominisq; relinqueret. Tarquinios reges ambos patrem uouisse filium perfecisse. Et ut libera a ceteris religionibo arx ea esset: tota iouis templique eius quod in ea aedificaretur exauguratae fana sacellaque statuit: quae aliquot ibi a tatio rege. s. sabinorum primū in ipō discrimine aduersus romulū pugnae uota consecrata inauguratāque postea fuerant. Inter principia condendi huius operis mouisse numen ad indicandam tanti imperij molem traditur deos. Nam cum omnium sacellorum exauguratores admitterent aues in terminis fano non addixere. Id omen auguriūque ita acceptum est non motam terminī sedem: unūq; deorum non euocatum sacratis ibi finibus firma stabiliaq: cuncta portendere. Hoc perpetuitatis auspitio accepto secutum aliud magnitudinē imperij portendens prodigiū est. Caput humanū integra facie aperientibo fundamenta templi dicitur apparuisse. Quae uisa species haud per ambages arcem eam imperij caputque rerū fore portendebat. Idque ita canere uates: qui q; in urbe erāt: qui que ad eam rem consultandam ex etruria accuerant. Augebat ad impensas regis animus. Itaque pontinae manubiae: quae pdu cendo ad culmen operi destinatae erant: uix in fundamēta suppeditauere. Eo magis fabio pictori praeter q̄ quod est antiquior credidere m. xl. ea sola talenta fuisse: q̄ pisoni: qui. xl. milia argenti pondo sepositā in eam rem scribit: quia summam pecuniae: neq; ex uniuersum urbis praeda sperandum: & nullius ne horū quid ma-

gnificentiae operum fundamenta non exuperaturā. Intentus perfi
tiendo templo fabros undique ex ætruria accitos: non pecunia solus
publica ad id est usus: sed operis & ex plebe. Quo cum haud paruus
& ipī militiae adderetur labor minus m̄ plebs grauabatur se templa
deum exædificare manibus suis: quae post hac & ad alia ut spectae
minora: sic laboris aliquanto maioris traducebatur opera: foros in
circo faciendos: cloacamque maximā receptaculū omniū purgamē
torum urbis sub terram agendam. Quibus duobus opibus uix noua
haec magnificentia quicquā adæquare potuit. His laboribus exerci
ta plebe: quia & urbi multitudinem ubi usus non essa: oneri rebatur
esse: & colonis mittendis occupari latius imperij fines uolebat: signi
am: circeosque colonos misit praesidia urbi futura. Terra mariq;
haec agenti portentum terribile uisum: anguis ex columna lignea
elapsus: cum terrorem fugamque in regiam fecisset: ipius regis non
tam subito pauore perculit pectus: q̄ anxijs impleuit curis. Itaq;
cum ad publica prodigia etrusci m̄ uates adhiberentur: hoc uelut
domestico exterritus uisu: delphos ad maxime inclitum in terris
oraculum mittere statuit: neque responsum sortium ulli alij cō
mittere ausus: duos filios per ignotas ea tempestate terras ignoti
ora maria in graeciam misit. Titus & arruns profecti. Comes ad
ditur L. Iunius Brutus Tarquinia sororis regis natus. Iuuenis
longe alius ingenio: q̄ cuius simulationem induerat. Is cum pri
mores ciuitatis in quibus fratrem suum ab auunculo suo interfectū
audisset: neque in animo suo quicquā regi timendū: neq; in for
tuna concupiscendum relinquere statuit. contemptuq; tutus esse
ubi in iure parum praesidij essa. Ergo ex industria factus ad imi
tationem stultitiae: cum se suaque praedae esse regi sineret. Bruti
quoq; haud abnuit cognomen: ut sub eius obtentu cognominis
liberator ille populi ro. animus latens aperiretur tempore suo.
Is cum a Tarquinijs ductus delphos ludibriū uerius q̄ comes au
reum baculum inclusum corneo cauato ad id baculo: donum re
gis Apollini dicitur: per ambages effigiem ingenij sui tegens.
Quo postq̄ uentum est: perfecto patris mandatu: cupido incessit ani
mos iuuenis sciscitandi ad quē eorū regnum romanū essa uentu
rum. Ex infimo specu uocem redditā ferunt. Impium sūmum ro
romae hēbit: qui urm̄ o iuuenes primus mī osculum tulerit.

Tarquinius Sextus qui Romæ relictus fuerat ut ignarus responsi expers
que imperij essæ rem summa ope tacerj iubent. Ipi inter se uter prior cũ
romam redissent matri osculum daræ sorti permittunt. Brutus alió
spectare ramis phrygiam uocem: uelut si prolapsus cecidissæ terræ
osculo contigit scilicet. quod ea cõmunis mater omnium mortalium
essæ. Reditum inde romã ubi aduersus Rutulos bellum summa ui
parabatur. Ardeam Rutuli hẽbant. gens utique in ea ætate diuti
is præpollens. Eaque ipã causa belli fuit: quod rex romanus uũ ipẽ
ditari exhaustus magnificentia publicorum operum: tũ præda
delinire populariũ animos studebat præter aliam superbiam
regno infestos & quod se in fabrorum ministerijs ac seruili tam
diu habitos opere ab rege indignabantur. Tentata res est: si primo
impetu capi Ardea posset. Vbi parum proœssit: obsidione munire
onibo que cepti premi hostes. In stantis ut sit longo magis q̃ acri
bello satis liberi comeatus erant: primoribo tm magis q̃ militibus.
Æ equj quid iuuenes interdum otium conuiuijs cõmessationibo q; inter
se agebant. Forte potantibo his apud Sextum Tarquinium ubi & colla
tinus cenabat Tarquinius ægerij filius incidit de uxoribus mentio.
Suam quisque laudare maximis modis. Inde certamine accenso collatinꝰ
negat uerbis opus esse: paucis id quid horis posse fieri: quantũ cæteris
præstet Lucretia sua. quin si uigor iuuentæ inest conscendimꝰ equos
inuisimusque præsentes nrãrum ingenia. Id cuique spectatissimũ sit:
quod nec opinato uiro aduentu occurrerit oculis. Incaluerant uino.
Age sane omnes citatis equis aduolant romam. Quo cum primis se inẽ
dentibo tenebris peruenissent: pergunt inde collatiam: ubi lucretiã haud
quaquã ut regias nuptias: quas in conuiuio luxuque cum æqualibo ui
derant tempus terentes: sed nocte sera deditam lanæ inter lugubran
tes ancillas in medio ædium sedentem inueniunt. Muliebris certamĩis
laus penes fuit lucretiam. Aduenienti uir tarquiniique excepti benigne.
Victor maritus comiter inuitat regios iuuenes. Ibi Sextum Tarquinium
mala libido lucretiæ per uim stuprandæ capit. Tum forma tũ spectata
castitas incitat. & tum quid ab nocturno iuuenili ludo in castra rede-
unt. Paucis interiectis diebo Sextus Tarquinius inscio collatino cũ co
mite uno collatiam uenit. Vbi exceptus benigne ab ignaris consilij: cũ
post cenam in hospitale cubiculum deductus essæ: amore ardens: post
q̃ satis tuta omnia circa sopinque omnes uidebantur: stricto gladio ad-

dormientem Lucretiam uenit: sinistraque manu mulieris pectore oppres
so: tace Lucretia inquit sextus tarquinius sum. ferrum in manu est:
moriere si emiseris uocem. Cum pauida ex somno mulier nullam opem
prope mortem imminentem uidera: tum Tarquinius fateri amore orare.
misere precibo minat. uersare in omnes partes muliebrem animū. Vbi ob
stinatum uidebat: Atne mortis quid mea inclinari: addit ad metum de
decus. cum mortua iugulatum seruum nudum positurum ait: ut in
sordido adulterio necata dicatur. Quo pudore cum uicisset obstinatā
pudicitiam uelut uictrix libido, profectusque inde Tarquinius ferox:
expugnato decore muliebri esset. Lucretia maesta tanto malo nuntium
romam ad patrem. eundemque ardeam ad uirum mittit: ut cum singu
lis fidelibus amicis ueniant: ita facto maturatoque opus esse. Rem atro
cem incidisse. Spurius Lucretius cum P. Valerio Volesi filio: Collatinus
cum L. Iunio Bruto uenit: cum quo forte romam rediens ab numio ux
orius erat conuenerus' Lucretiam sedentem maestam in cubiculo inueniunt.
Aduentu suorum lacrimae abortae: quaerentique uiro sanin salue: mini
me inquit. Quid sit salui est mulieri amissa pudicitia: uestigia uiri alieni
Collatine in lecto sint tuo. Ceterum corpus est tm uiolatum. animus
insons. Mors testis erit. Sed date dextras fidemq; haud impune adulte
ro fore. Sextus est Tarquinius: qui hostis pro hospite priore nocte ui
armatus mihi sibique si uos uiri estis perniciem hinc abstulit gaudium.
Dant ordine omnes fidem. consolantur aegram animi. auertendo noxā
ab coacta in actorem delicti. Mentem peccare non corpus: & unde consi
lium abfuerit culpam abesse. Vos inquit uidetis quid illi debeatur. Ego
me si peccato absoluo: supplicio non libero: nec ulla deinde impudica Lu
cretiae exemplo uiuet. Cultrum quem sub ueste abditum hēbat: eum
in corde defigit. prolapsaque in uulnus moribunda cecidit. Conclamat
uir pariterque. Brutus illis in luctu occupatis: cultrum ex uulnere Lucre
tiae extractum manantem cruore prae se tenens: per hunc inquit castissi
mum ante regiam inuiolatam sanguinem iuro: uosque dij testes facio: me
L. Tarquinium Superbum cum scelerata coniuge & omni liberorum stirpe
ferro igni quacunque de hinc ui possim persecuturum. nec illum: nec
alium quenquam regnare romae passurum. Cultrum deinde Collatino tra
dit. Inde Lucretio ac Valerio stupentibus miraculo rei unde nouum in Bru
ti pectore ingenium ut praeceptum erat: ueneratī iurant. Tumq; ab luctu
uersi in iram. Brutum iam inde ad expugnandum regnum uocantem

sequuntur ducem. Elatum domo Lucretiae corpus in forū deferunt.
Conuenere miraculo: ut fit rei nouae atque indignitate homines. pro se
quisque regnum: scelus: ac vim queruntur. Mouet tum patres moesti
tia: tum Brutus castigator lacrimarum atque inertium querelarum:
auctorq; quod uiros romanos decora: arma capiendi aduersus hostili
a ausos. Ferocissimus quisque iuuenum cum armis uoluntarius adest:
Sequitur & cetera iuuentus. Indeque pari praesidio relicto collatiae ad
portas custodibusque datis: ne quis eum motum regibus nuntiaret: ceteri
armati duce Bruto romam profecti. Vbi eo uentum est: quacunq; ince
dit armata multitudo: pauorem ac tumultum facit. Kursus ubi ām re
primores ciuitatis uident: quicquid sit haud temere ee rentur. nec minore
motum animorum romae tam atrox res fecit: q collatiae fecerat. Ergo
ex omnibus locis urbis in forum curritur. Quo simul uentum est: praeco
ad tribunum celerum: in quo tum magistratu forte Brutus erat: popu
lum aduocauit. Ibi oratio habita: nequaquā cuius pectoris ingenijq; qd
simulatum ad eam diem fuerat: de ui ac libidine Sexti Tarquinij: de stu
pro infando lucretiae & miserabili caede: de orbitate tricipitini: cui mor
te filiae causa mortis indignior ac miserabilior esset. Addita superbia ipīus
regis: miseriaque & labore ipīus plebis in fossas cloacasque exhauriendas
demersae. Romanos uictores omniū circa populorū opifices ac lapicidas
pro bellatoribus factos. Indigna Serui Tullij regis memorata caede: & in
uecta corpori prīs nefando uehiculo filia: inuocatique ultores diui parentū.
His atrocioribusq; credo alijs: quae praesens rerum indignitas: haud quaq
relatu scriptoribus facilia subiecit memoratis: incensam multitudine
perpulit: ut imperium regi abrogaret: exulesque esse iuberet. L. Tarq
nium cum coniuge ac liberis. Ipe iuuenibus qui ultro nomina dabant
lectis armatisque ad concitandum inde aduersus regem exercitum Ar
deam in castra est profectus. Imperium in urbe Lucretio praefecto urbis
iam ante ab rege instituto reliquit. Inter hunc tumultum Tullia domo
profugit. execrantibus quacunque incedebat inuocantibusq; parentū
furias uiris mulieribusq;. Harum rerum nuntijs in castra perlatis: cu
re noua trepidus rex pergeret romam: ad comprimendos motus: fle
xit uiam Brutus (senserat enim aduentum) ne obuius fieret: eodemq;
fere tempore: diuersis itineribus: Brutus Ardeam: Tarquinius romam
uenerunt. Tarquinio clausae portae: exilium q; indictum: liberatore
urbis laeta castra accepere. Exactique inde liberi regis: duo patrem

sequuti sunt. Qui exulatum ere interuisos ierunt. Sextus Tarqui
us gabios tanq̄ in suum regnum profectus. ab ultoribꝫ ueterū simul
tatum: quas sibi ipē cædibus rapinisque conciuerat: interfectus est.
L. Tarquinius Superbus regnauit annis quīque &.xl. Regnatū rome
ab condita urbe ad liberatam annos.cc.lxiii. Duo consules inde
comitijs centuriatis a prefecto urbis ex cōmentarijs Serui Tullij ce
ti sunt L. Iunius Brutus. & L. Tarquinius Collatinus.

LIBERI IAM HINC POPULI ROMANI RES PACE BELLOQ;
gestas: annuos magistratus imperiaq; legum potentiora
q̄ hominum peragam. Quae libertas: ut laetior esset: pxi
mi regis superbia fecerat. Nam priores ita regnauerunt: ut
haud immerito omnes deinceps conditores
partium cœptae urbis: quas nouas ipi sedes
abse auctae multitudini addiderunt nume
rentur. Neque ambigitur: quin Brutus ides
qui tantū gloriae Superbo exacto rege meru
it: pessimo publico id factum fuerit: si libertatis imaturae cupidine
priorum regum alicui regnum extorsisset. Quid.h. futurum fuit
si illa pastorum conuenarumq; plebs transfuga ex suis populis sub
tutela inuiolati templi aut libertatem aut certe impunitatem ad
epta soluta regio metu agitari coepta essa: tribunitijs procellis &
in aliena urbe cum patribꝫ ferre certamina prius: q̄ pignora cōiu
gum ac liberorum: caritasque ipius soli: cui longo tempore assuesca
tur animos eorum consonasset? Discordia res non dum adultae
discordia forent: quas fouit tranquilla moderatio imperij: eoque
nutriendo perduxit: ut bonam frugem libertatis maturis ā uirib
ferre possa. Libertatis aut̄ originem inde magis: quia annuum
imperium consulare factum est: q̄ quod diminutum quicq̄ sit
ex regia potestate: numeres: omnia iura: omnia insignia primi con
sules tenuere. Id mō cautum est: ne si ambo fasces hrent: duplicatus
terror uideretur. Brutus prior concedente collega fasces habuit:
qui non acrior uindex libertatis fuerat: q̄ deinde custos fuit.
Omniū primo auidum nouae libertatis populum: ne post modū flecti
precibus aut donis regis possa: iureiurando adegit neminē rome

passuro regnare. Deinde quo plus uirium in senatu frequentia aliam ordinis faceret: caedibo regis diminutum patrum nūm: primoribus equestris gradus electis ad trecentorū summaz expleuit. Traditūque inde fertur: ut in senatum uocarentur: qui patres: quiq; cōscripti essent. conscriptos uidelicet nouum senatum appellabāt. Id mirū quantū profuit ad concordiam ciuitatis: iungendosq: plebis prībo animos. Rerum deinde diuinaz hīta cura est. & quia quaedam publica sacra per ipsos reges factitata fuerant: ne ullum ibi regum desiderium esset regem sacrificuloz creāt. Id sacerdotium pontifici ꝺ tradere: ne additus nomini honos aliquid libertati: cuius tūc prima erat cura: officeret. Ac nescio an nimis undique eam mīmisq: rebo muniendo modum excesserint. Consulis. ꝛ. alterius cum nihil aliud offenderit nomen inuisum ciuitati fuit. Nimiū Tarquinios regno adsuesse. Initium a Prisco factum. Regnasse deinde Seruiū Tullium. nec interuallo quid facto, oblitum tanq̄ alieni regni Supbū Tarquinium uelut hereditatem genus scelere ac ui repetisse. Pulso Superbo penes collatinum imperium esse. nescire Tarquinios priuatos uiuere. non placere nomen periculosum libertati esse. Hinc primus sensim tentantium animos sermo per totam ciuitatem est datus. solicitamque suspitione plebem Brutus ad contionē uocat. Ibi omnium primū iusiurandum populi recitat: neminē regnare passuros nec esse romae unde periculum libertati foret. Id sūma ope tuendū esse: nec ullam rem: quae eo pertineat contemnendā. Inuitū se hoīs dicere causa nec dicturum fuisse: ni caritas rei p. uinceret. Non credere populū ro. solidam libertatem recuperatam esse. Regnū genus regium nomen non solum in ciuitate: sed etiā in imperio esse: id officere id obstare libertati. Hunc tu inquit tua uoluntate L. Tarquini remoue metum. Meminimus. fatemur. eiecisti reges. Absolue beneficium tuum. Aufer hinc regium nomen. res tuas: tibi non solum reddent ciues tui: auctore me: sed si quid deest munifice augebunt. Amicus abi: & exonera ciuitatem uano forsitan metu. Ita persuasum est animis: cum gente Tarquinia regnum hinc abiturū. Consuli primo tam nouae rei ac subitae admiratio incluserat uocem: dicere deinde incipientem primores ciuitatis circūsistunt. eadem multis precibus orant: & ceteri quid mouebant minus. Postq̄ Sp. Lucretius maior aetate ac dignitate socer praeterita ipius agere uarie rogando alterius

ſuadendoque cepit: ut vinci ſe conſenſu ciuitatis paterentur: timens
conſul ne poſtmodū priuato ſibi eadem illa cum bonor⁊ amiſſione: ad
ditaque alia inſup ignominia/acciderent: abdicauit ſe conſulatu, reb⁹
que ſuis omnib⁹ Lauinium tranſlaturus: ciuitate ceſſit. Brutus ex ſena
tus conſcripti ſententia ad populum tulit: ut omnes Tarquiniae gentis ex
ules eſſent. Collegam ſibi comitijs centuriatis creauit P. Valerium: quo
adiutore reges eiecerat. Cum haud cuiquā in dubio eſſet: bellū ab tar
quinijs imminere. Id quid ſpe omniū ſeruus fiunt: ceteri⁊ id: quod nō ti
mebatur: per dolum aut proditionem prope libertas amiſſa eſt. Erant
in romana iuuentute adoleſcentes aliquot nec hi tenui loco orti: q⁹⁊
in regno libido ſolutior fuerat: equales ſodaleſque adoleſcentium
Tarquiniorum aſſueti more regio uiuere. Eam tum æquato iure oīum
licentiam quærentes: libertatem aliorum in ſuam uertiſſe ſeruitutē
inter ſe conquerebantur. Regem hominem eſſe a quo impetres. Vbi
us ubi inuita opus ſit: eſſe gratiæ locum. eſſe beneficio. & irata &
ignoſcere poſſe. Inter amicum & inimicum diſcrimen noſſe. Legē
rem ſurdam inexorabilem eſſe. ſalubriorem meliorēq; inopi: q̄ potē
ti. Nihil laxamenti nec ueniae hīe: ſi modum exceſſeris. Periculo
ſum eſſe in tot humanis erroribus ſola innocentia uiuere. Ita tā ſua
ſponte ægris animis legati ab regibus ſuperueniunt: ſine mentione red
ditus bona tm̄ repetentes. Eorum uerba poſtq̄ in ſenatu audita ſunt:
per aliquot dies ea conſultatio tenuit ne non reddita belli cauſa: red
dita belli materia & adiumentum eſſent. Interim legati alij alia mo
liri aperte bona repetentes: clam recuperandi regni conſilia ſtruere: et
tanq̄ ad id quod agi uidebantur ambientes. Nobiliū adoleſcentium
animos tentant: a quibus oratio placide accepta eſt: his trāſfugas ab tarq
nijs reddunt. & de accipiendis in urbem clam nocte regibus colloquī
tur. Vitellijs aquilijſque fratribus primo cōmiſſa res eſt. Vitelliorū
ſoror conſuli nupta Bruto erat. Iamque ex eo mrīmonio adoleſcen
tes erant liberi Titus Tiberiuſq;. Eos quoq; in ſocietatem conſilij atq̄
culi aſſumunt. Preterea aliquot nobiles adoleſcentes conſcij aſſūp
ti: quorū uetuſtate memoria abiit. Interim cum in ſenatu uicilla
ſententia: quae cenſebat reddenda bona: eamq; ipam cām morę
in urbe haberent legati: quod ſpatium ad uehicula compenda
a conſulibus ſumpſiſſent: quibus regum exportarent res: omne id tē
pus cum coniurati conſultando aſſumunt. Eumcunq; inſtādo

ut litteræ sibi ad tarquinios darentur. Nam aliter qui creditui eos non nisi uana ab legatis super rebus tantis afferri. Datæ litteræ ut pignus fidei essent: manifestum factui fecerunt. Nam cum pridie q̄ legati ad tarquinios proficiscerentur. & cenatum forte apud Vitellios eēt conuiuiq: ibi remotis arbitris: multa inter se noctis: ut fit: consilio egissent: sermonem eorum exceptus unus excepit: qui iam id ante seratagi: sed eam occasionem: ut litteræ quae legatis darentur deprehensæ rem coarguere possent: expectabat. Post q̄ datas sensit: rem ad consules detulit. Consules ad deprehendendos legatos cōiuratos que profecti domo sine tumultu rem omnem oppressere. Litteras in primis habita cura ne interciderent. Proditoribus extemplo in uincula coniectis: de legatis paululum addubitatum est. Et q̄q̄ unus sint cōmisisse: ut hostium loco essent: uus tn̄ gentium ualuit. De bonis regis: quae reddi ante consuerant: res integra refertur ad patres. Illi bona uicti ira uetuere reddi in publicum uetuere redigi. Diripienda plebi sunt data: ut contacta regia praeda spem in perpetuū cum his pacis amittera:. Ager tarquiorum: qui inter urbem ac tyberī fuit: consecratus Marti: Martius deinde campus fuit. Forte tum ibi seges farris dicitur fuisse maturæ messi: quem campi fructum: quia ut religiosum erat consumere: desectam cum stramento segetem magna uis hominū simul imissa corbibus fudere in tyberim tenui fluentem aqua ut mediis calonibus solet. Ita in uadis hesitantes frumēti aceruos sedisse illitos limo: Insulam inde paulatim. & alius quæ fert temere flumen eodem impetus: factam. Postea credo additus moles manuq: adiutum: ut tam eminens area firmaque templis quoq: ac porticibus sustinendis esset. Direptis bonis regum, damnati proditores: sumptūque supplicium conspectius eo: quod poenæ capiendæ ministerium patri de liberis consulatus imposuit: & qui spectator erat amouendus: eum ipm̄ fortuna exactorem supplicij dedit. Stabant deligati ad palum nobilissimi iuuenes. Sed a ceteris uelut ab ignoti capitibus. consulis liberi omīum in se auerterant oculos. miserebatque non poenæ magis homines: q̄ sceleris: quo poenam meriti essent. Illos eo pessimum anno: quo scirent liberatam patriā. patrē liberatorem. Consulatum ortum ex domo iunia: patres: plebem quicquid deorum hominūque romanorum esset: induxisse in animū: ut superbo quondā regi: tum infesto exuli proderent. Consules in sedē

processere suam: missique lictores ad sumendum supplitiū nuda-
tos uirgis cædunt: securique feriunt. Cum inter omne tempus pater
uultusque & os eius spectaculo essẽt. eminente patrio aīo inter pu-
blicæ pœnæ ministerium: sedm pœnam nocentium: ut in utranq;
partem arcendis sceleribo exemplum nobile essẽt; primū indicta pe-
cunia ex aerario libertas & ciuitas data. Ille primū dicatur uindicta
liberatus. Quidam uindictæ quoque nomen tractum ab illo putāt
Vindicio ipi nomen fuisse. Post illum obseruatum est: ut qui ita libera
ti essent: in ciuitatem accepti uiderentur; His sicut acta erant nūcia-
tis: incensus tarquinius non dolore solum tantæ ad irritū cadentis
spei: sed & odio iraque: postq̄ dolo uiam obsepram uidit: bellū
aperte moliendum ratus: circūire supplex etruriæ urbes: orare
maxime uetentes tarquiniensesque: ne se ortum eiusdē sanguinis
extorrem egentem ex tanto mō regno cum liberis adolescentibo
ante oculos suos perire sinerent. Alios peregre in regnū romæ ac-
citos: se regem augentem bello romanū imperium à proximis sce-
lerata coniuratione pulsum: eos inter se: quia nemo unus satis
dignus regno uisus sit: partes regni rapuisse. Bona sua diripien-
da populo dedisse: ne quis expers sceleris esset. Patriam se regnū
que suum repetere: & persequi ingratos ciues uelle: ferrēt opem
adiuuarent. suas quoq: ueteres iniurias ultum irent. totiens cæ-
sas legiones. agrum ademptum. Haec mouerunt uetentes ac
pro se quisq: romano saltem duci ignominias demendas: bello
amissa repetenda minaciter fremunt. Tarquiniensis nomē ac co-
gnato mouet. Pulchrum uidebatur suos romæ regnare; Ita duo
duarum ciuitatum exercitus ad repetendū regnum: belloq; perse-
quendo romanos: sequuti Tarquinium. Postq̄ in agrum romanum
peruentum est: obuiam hosti consules eunt. Valerius quadra agmē
peditem ducit. Brutus ad explorāndum cum equitatu antecessit. Eo-
dem mō primus equis hostium agminis fuit. Præierat Arunς Tar-
quinius filius regis. Rex ipē cum legionibo sequebatur. Arunς ubi
ex lictoribo procul consulem esse: deinde iam propius ac certius fa-
cie quoq: Brutum cognouit: inflāmatus ira: ille est uir inqt: qui
nos extorres expulit patria. Ipē ille nīs decoratus insignibo magni-
fice incedit. Dij regum ultores adeste. Concitat calcaribus equum
atq; in ipm infestus consulem dirigit. Sensit in se iri Brutus. De-

corum erat tum ipsis capescere pugnam ducibus: aude itaq; se certamini offert. Adeoque infestis animis concurrunt: neuter dū hostē uulneraret sui protegendi corporis memor: ut contrario ictu p armū uterque transfixus: duabo herentes hastis moribundi ex equis lapsi sint. Simul & cetera equestris pugna coepit. Neque ita multo postpeditēs supueniunt. Ibi uaria uictoria & uelut çquo marte pugnatum est. Dextra utrinque cornua uicere. Lætia supata. Veientes uici ab romano milite assueti: fusi fugatique. Tarquiensis nouus hostis non solum stetit: sed & a sua parte romanū pepulit. Ita cum pugnatum esset: tantus terror Tarquiniū atque etruscos incessit: ut obmissa irrita re: nocte ambo exercitus ueiens tarquiensis suasq; abiret domos. Addiuunt miracula huic pugnae: silentio proximæ nocti ex silua Arsia ingentem editam uocem: Siluani eam creditam, hæc dicta uno plus ce etruscorum cecidisse in acie. vincere bello romanū. Ita certe inde abiere romani ut uictores: etrusci pro uictis. Nā postq̄ illuxit: nec quisquā hostium in conspectu erat: P. Valerius consul spolia legit: triumphansque in romam rediit. Collegae funus quanto cum potuit apparatu fecit. Sed multo magis morti decus publica fuit mœstitia. eo ante omnia insignis: quia matronæ annum ut parentem eum luxerunt: quod tam acer ultor uiolatæ pudicitiæ fuisset. Consuli deinde qui superfuerat: ut sunt mutabiles uulgi animi ex fauore non inuidia mō: sed suspitio & iam cum atroci crimine orta regnum eum effectare fama ferebat: quia nec collegam subrogauerat in locum brun & ædificabat in sūma uellia. Ibi alto atq; munito loco arcem inexpugnabilem fore. Hæc dicta uulgo creditaque cum indignitate fuit angerent consulis animum: uocato ad concilium populo: sūmissis fascibus in contionem ascendit. Gratum id multitudini spectaculum fuit: sūmissa sibi esse imperij insignia: confessionēque factam populi: q̄ consulis maiestatem uimque maiorē esse. Vbi audire uisi: consul laudare fortunam collegæ: quod liberata patria in summo honore pro re p. dimicans: matura gloria: nec dū se uerente in inuidia morte occubuisset: se supstitem gloriæ suae: ad crimen atque inuidiam super esse. Ex liberatore patriæ ad aquillios se uitellios que recidisse. Hunc̄ ne ergo inquit ulla adeo a uobis spectata uirtus erit: ut suspitione uiolare nequeat? Ego me illum acerrimū regum hostem ipm̄ cupiditatis regni crimen subiturū timerem? Ego si in ipa

arce capitolioque habitarem meum me posse crederem a ciuib⁹ meis? tā
leuis atque momentanea me apud uos fama pendere? Adeo ne est leui
ter fundata fides? ut ubi sim? q̄ qui sim magis referat? Non obstabunt
P. Valerij aedes libertatī uiae quaedā. Tuta erit uobis uelia. Deferam nō
in plano mō aedes? sed colli & subiiciam: ut uos supra suspectum me ciuem
habueris. In uelia aedificem? quibus melius q̄ p. Valerio creditur libertas.
Dedicata confestim materia omnis infra velliam & ubi nunc tua publica est
domus in infimo clivo aedificata. Late deinde leges non solum quae regni
suspitione consulem absolueret? sed quae adeo in commanum uerterent?
ut popularem & facerent. Inde cognomen factū publicolae est. An omis
de prouocatione aduersus magistratus ad populum sacrandoq; cum bo
nis capite eius? qui regni occupandi consilia iniisset. Grata in uulgus
leges fuere. Quas cum solus promulsas? ut sua unius in his grata esset?
tum demum comitia collegae subrogando habuit. Creatus Sp. Lu
cretius consul? qui magno natu? non sustinentibus tam uiris ad consu
laria munera obeunda intra paucos dies moritur. Suffectus in lucre
tij locum M. Horatius Pulvillus. Apud quosdam ueteres auctores nō in
uenio Lucretium consulem. Brutо statim Horatium suffecerunt. Credo
quia nulla gesta res insignem fecerit consulatum memoria intercidisse.
Nondum dedicata erat in capitolio iouis aedes. Valeriusque Horatiusq; con
sules sortirentur uter dedicaret? Horatio sorte euenit. Publicola ad ueientū
bellum profectus. Aegrius q̄ dignum erat tulere Valerij necessitatem de
dicationem inclitī templi Horatio dari. Id omnibus modis impedire cona
ti: postq̄ alia frustra temptata erant? postem iam tenenti consuli? foedum
interpretatione deum nuntium inuenunt? mortuum eius filiū esse. Iure
itaque familia dedicare eum templum non posse. Non credidere factū?
an tantum animo roboris fuerit? nec traditur certum? nec interpretatio
est facilis. Nihil aliud ad eum nuntium a proposito auertit? q̄ ut cada
uer efferri iuberet? tenens postem precatione peragit? & dedicat templum.
Haec post exactos reges domi militiaeq; gesta primo anno? inde P. Va
lerius iterum T. Lucretius consules fuere. Iam Tarquinij ad Larē Por
sennam clusinum regem perfugerant. Ibi miscendo consilium preces
que nunc orabant? ne se oriundos ex Etruscis eiusdē sanguinis nouoq;
egentes exulare paterentur? nunc monebant? ne & orientem morem
pellendi reges inultum sineret. Sanē libertatem ipam hinc dulcedinis?
nisi quanta ui ciuitates eam expetant? tanta regna reges defendant?

æquari ſumma infimiſ: nihil excelſum nihil quod emineat ſupra ce
tera in ciuitatibo fore. Adeſſe finem regiminiſ rei inter deoſ homieſq;
pulcherrimæ. Porſenna cum regem eſſe romae fauerent: tū etruſcæ
gentiſ regem: amplum tuſcoſ & ratuſ: romam infeſto exercitu uēt.
Numq̄ aliaſ ante tantuſ terror ſenatum inuaſit: adeo ualida reſtitu
cluſina erat: magnūque Porſennæ nomen. Nec hoſtes mō timebant:
ſed ſuoſ metipoſ ciues: ne romana plebs mentem perculſa: receptuſ in urbē
regibuſ: uel cum ſeruitute pacem ac receptæ. Multa igit̄ blandimenta
plebi per id tempuſ abſentatu data. Annonæ in primiſ habita cura
& ad frumentū compandum miſſi: alij in uolſcoſ alij cumaſ. Saliſ
quoq; uendendi arbitrium: quia impenſo pretio uenibat in publi
cum: omni ſumptu ademptum priuatiſ: portoriſq; quoq; & tribu
to plebe liberata: ut diuites conferrent: qui oneri ferendo eſſent.
Pauperes ſanſ ſtipendij pendere, ſi liberoſ educarent. Itaq; hæc in
dulgentia patrum aſperos poſtmodū rebuſ in obſidione ac famæ
adeo concordem ciuitatem tenuit: ut regum nomen non ſummi
magiſ: q̄ infimi horrerent. Nec quiſquā unuſ maliſ arrīpo poſtea
tam popularis eſſet: q̄ tum bene impando unuerſuſ ſenatuſ fuit.
C. um hoſtes aderſent: per ſe quiſque in urbem ex agriſ demigrauit:
urbem ipām ſeptum præſidijſ: alia murīſ alia tybri obiecto: uide
batur tuta. Poſt ſublimuſ iter pene hoſtibo dedit: ni unuſ uir fu
iſſet Oratuſ Coclet. Id minimen illo die fortuna urbiſ romanæ ha
buit. Qui poſitus forte in ſtatione pontiſ: cum captī repentino īpetu
ianiculum: atque inde citatoſ hoſtes decurrere uidiſſet: trepidāq;
turbam ſuorum arma ordinesq; relinquere: reprehenſāq; ſingulos
obſiſtens: obteſtanſque deum & hominū fidem nequicq̄ deſerto eoſ
præſidio fugere: ſi tranſitum pontem abtergo reliquiſſent: amplius
hoſtem in palatino capitolio q;: q̄ in ianiculo fore. Ita monere præ
dicere: ut pontem ferro igniq; quacunque ui poſſent interrumpant:
ſe impetum hoſtium quantū corpore uno poſſit obſiſti exceptuum.
Vadit inde in primū aditum pontiſ. inſigniſq; inter conſpecta ce
dentium, fuga obuerſis cominuſ adeundem prælium animiſ: ipſo
miraculo audaciæ obſtupefecit hoſtes. Duoſ tū cum eoſ pudor tem
ut Spu. Largium ac T. hermenium amboſ claroſ genere factiſq;. Cuz
hiſ primam periculi procellam & quod tumultuoſiſſimū pugnæ eſt
parump ſuſtinuit: deinde eoſ quoque ipoſ exigua pte pōtiſ relicta:

reuocantibus qui rr insandebant: cedere in ruinam coegit. Circūferens deinde truces minaciter oculos ad proceres etruscorum: nūc singlos euocare: nunc increpare omnes seruitia regum superbos: suæ libertatis īmemores alienam oppugnatum uenire. Cunctati aliq̄diu sūt: dū alius alium: ut prælium incipiat circūspectant. Pudor deinde cō mouit animum & clamore sublato undique in unum hostem tela cō iciunt. Quæ cum in obiecto cuncta scuto hesissent: neque ille mi nus obstinatus ingenti pontem obtineret gradu: iam impetu conaban tur detrudere uirum: cum simul fragor rupti pontis: simul clamor romanorū alacritate perfecti opis sublatus: pauore subito impetum sustinuit. Tunc Cocles tyberine pater inquit te sancte precor hæc ar ma & hunc militem propitio flumine accipias: ita sit armatus in ty berim desiluit: multisque sup incidentibus telis: incolumis ad suos transnatauit. Rem ausus plus famæ habituram ad posteros q̄ fidei. G rata erga tantam uirtutem ciuitas fuit. Statua in comitio posita. Agri quantū uno die circūarauit datum. Priuata quoq: inter publicos honores studia eminebant. Nam in magna inopia pro domestica copia: Vnusquisq: ei aliquid fraudans se uictu suo ipē contulit. P orsenna primo conatu repulsus: consilio ab oppugnanda urbe ad obsidendam uersus: præsidio in ianiculo locato: ipē in plano ripisq: tyberis castra posuit: nauibus undique actis & ad custodiā positis: ne quid romam frumenti subuehi sineret: & ut prædatū milites transflumen per occasiones alias atque alias locas traiceret. Breui que adeo infestum omnem romanum agrum reddidit: ut non ce tera solum ex agris: sed petus quoq: omne in urbem compelleretur. Ne que quisquā extra portas propellere auderet. Hoc tm licentiæ etrusci non metu magis q̄ consilio concessum. Nanq: Valerius consul intentus in occasionem multos simul & effusos improuiso adoriundi: in paruis rebus negligens ultor: grauem se ad maiora uindicem seruabat. Itaque ut allicerā prædatores edicit suos postero die frequentes porta esquilina quæ auersissima ab hoste erat expellerent petus. Scituros id hostes ra tus: quod in obsidione & famæ seruitia infida transfugerent. Exit p fugæ indicio: multoque plures in spem uniuersæ prædæ flumen trai ciunt. P. Valerius T. Hermenium cum modicis copiis ad sedm lapidē Gabina uia occultum consistere iubet. Spu. Largium cū expedita iuuē tute ad portam colinam stare: donec hostis præteriret. deinde se obiicere

ne ſit ad flumen reditus. Conſultum alter T. Lucretius porta neuia cū
aliquot manipulis militum egreſſus. Ipē Valerius Cælio monte cohor
tes delectas educit. Hique primi apparuere hoſti. Hermenius ubi tu
tumultum ſenſit: concurrit ex inſidijs: uerſiſque in Lucretiū etruſcas
terga cædit: dextra leuaque: hinc a porta collina: illinc ab neuia red
diuus clamor. Ita cæſi in medio prædatores: neque ad pugnā uiribus
pares: & ad fugam ſepti omnib⁹ uijs. finiſque ille tam effuſæ euagādi
etruſcis fuit. Obſidio erat nihilominus & frumenti cum ſūma carita
te inopia. Sedendoque expugnaturum urbem ſpem Porſenna habebat.
L. Mutius adoleſcens nobilis: cui indignum uidebatur populum ro. ſeruitē
tem: cum ſub regibus eſſet: nullo bello nec ab hoſtib⁹ ullis obſeſſū eſſe
liberum eundem populum ab eiſdem etruſcis obſideri: quorum ſaepe
exercitus fuderit: itaque magno audaciq; aliquo facinore eam indi
gnitatem uindicandam ratus: primo ſua ſponte penetrare in hoſtium
caſtra conſtituit. Deinde metuens ne ſi conſulum iniuſſu: & ignaris
omnibus iret: forte deprenſus a cuſtodibus romanis retraheretur ut
tranſfuga: fortuna tum urbis crimen affirmante: ſenatū adijt. Tran
ſire tyberim inquit patres: & intrare ſi poſſim hoſtium caſtra uolo. Nō
prædo: nec populationum in uicem ultor. Maius ſi dij iuuant eſt in a
nimo facinus. Approbant patres. Abdito intra ueſtem ferro proficiſcit.
Vbi eo uenit in confertiſſima turba prope regium tribunal conſtitit. Ibi
cum ſtipendium militib⁹ forte daretur: & ſcriba cum rege ſedens pa
ri fere ornatu multa ageret: cum milites uulgo adirent: timens ſcira
tari uter Porſenna eſſet: ne ignorando regem: ſemet ipē aperiret quis
eſſet: quo temere traxit fortuna facinus: ſcribam pro rege obtruncat.
Vadentem deinde qua per trepidam turbam cruento mucrone ſibi ipē
fecerat uiam: cum concurſu ad clamorem facto: comprehenſum regii
ſatellites retraxiſſent: ante tribunal regis deſtitutus: tum quoq; inter
tantas fortunæ minas metuendus magis: q̄ metuens: Romanus ſū
inquit ciuis C. Mutium uocant. Hoſtis hoſtem occidere uolui. Nec
ad mortem minus animi eſt: q̄ fuit ad cædem. Et facere & pati for
tia romanum eſt. Nec unus in te ego hoſ animos geſſi. Longus poſt
me ordo eſt idem petentium decus. Proinde in hoc diſcrimen: ſi iu
uat accingere: ut in ſingulas horas capite dimicet tuo. ferrū hoſtē
que in ueſtibulo habeas regiæ. Hoc tibi iuuentus romana indicimus
bellum. Nullam atiem nullum proeliū timuerit. Vni tibi & cū ſingulis

referr. Cum rex simul ira infensus periculoque conterritus circūdari
ignes minitabundus iubet: nisi expromeret propere quas insidiarum
sibi minas per ambages iaceret: en tibi inquit: ut sentias quā vile corpus
sit his: qui magnam gloriam vident: dextramque accenso ad sacrifi-
cium focilo injecit. Quam cum velut alienato sensu torreret animo:
prope attonitus miraculo rex: cum ab sede sua prosiluisset: amoueri
que ab altaribus iuuenem iussit: Tu uō abi inquit: inte magis: quā
in me hostilia ausus. Iuberem te macte virtutis esse si pro mea patria
sic virtus staret. Nunc liberum te inviolatumque hinc di-
mitto. Tum Mutius quasi remunerans meritum: quicquid apud te
est virtutis honos: ut beneficio tuleris ame: quod minis nequiui: tuē
ti cōnitamur principes iuuentutis romanae: ut in te hanc uim quis
faremur. Mea prima fors fuit. Ceteri ut cuique cecidit primo: qd
ad te oportunum fortuna dederit: suo quisque tempore aderunt.
M utium dimissum: cui postea Scaeuolae a clade dextere manus cogno-
men inditum. Legati a Porsenna romam secuti sunt. adeo mouerat
eum & primi periculi casus: quo nihil se praeter errorem insidiatoris
texisset. & subeunda dimicatio toties: quot coniurati supessent: ut
pacis conditiones ultro ferret romanis. Iactatum in conditionibus:
nequicquā de tarquiniis in regnum restituendis: magis quia id
negare ipē nequiuerat tarquinius: quā quod negatum iri sibi ab roma-
nis ignorarat. De agro veientibus restituendo impetratum. Expres-
saque necessitas obsides dandi romanis: si ianiculo praesidium dedu-
ci vellent. His conditionibus composita pace: exercitū ab ianiculo de-
duxit Porsenna: & agro romano excessit. Patres T. Mutio virtutis
causa transtyberim agrum dono dedere: quae postea sunt mutia
prata appellata. Ergo ita honorata virtute: feminae quoque ad
publica decora excitatae. Et cloelia virgo una ex obsidibus: cum a
castra etruscorum forte haud procul ab ripa tyberis locata essēt: fru-
strata custodes dux agminis virginum inter tela hostium tyberim
transnatauit. sospitesque omnes romam ad propinquos restituit.
Quod ubi regi nuntiatum est: primo incensus ira oratores romā misit
ad cloeliam obsidem deposcendam: aliās haud magni faciens. De-
inde in admirationem versus sup cloelios mutiosque dicere: id
facinus esse: & prae se ferre. Quēadmodum si non dedatur obses:
pro rupto foedus se habiturus: sic deditam inviolatāque ad suos re-

missurum. Vtrinque constitit fides & romani pignus pacis ex fœ
dere restituerunt: & apud regem etruscum non tuta solum: sed
honorata & iam uirtus fuit. Laudataque uirginem parte obsidum
se donare dixit: ipsa quos uellet legeret. Productis omnibus elegisse
impuberes dicitur: quod uirginitati decorum & consensu obsidum eo
rum probabile erat. eam aetatem potissimum liberari ab hoste: quę
maxime oportuna essent iniuriae. Pace redintegrata romani nouaꝫ
in femina uirtutem: nouo in genere honoris: statua equestri dona
uere. In sūma sacra uia fuit posita uirgo insidens equo. Huic tā pa
catae profectioni ab urbe regis etrusci abhorrens mos traditus ab anti
quis usque ad nrām aetatem inter cetera solemnia manet bonis uen
dendis: bona porsennae regis uendendi. Cuius originem moris necesse
est aut inter bellum esse natam: neque in pace omissam: aut a mitiori
exeunte principio: q̄ hic praeferat titulus: bona hostiliter uendendi.
Proximum uero est ex his quae traduntur: Porsennam discedentē ab
ianiculo castra opulenta contecto ex propinquis ac fertilibꝫ etruriae
armis cōmeatu: romanis dono dedisse: inopi tum urbe ab longinqua
obsidione. Ea deinde: ne populo īmisso dimicarentur hostiliter uenisse
bonaque porsennae appellata: gratiam magis muneris significante titu
lo: q̄ auctionem fortunae regiae: quae ne in potestate populi ro. esset.
Omisso romano bello: Porsenna ne frustra in ea loca exercitus adduc̄
uideretur: cum parte copiarum filium Arruntem oppugnatum Aricī
mittit. Primo Aricinos res nec opinata perculerat: accersita dein auxi
lia: & a latinis populis & a cumis tantum spei fecere: ut acie decernē
auderent. Proelio inito adeo concitato impetu se intulerant etrusci: ut
funderent ipō incursu Aricinos. Cumanae cohortes arte aduersus ui
sae: declinauere paululum: effusēque post praelatos latinos: hostes
conuersis signis ab tergo adortae sunt. Ita in medio propemodum uictores
caesi etrusci. Pars perexigua duce amisso: quia nullum propius profu
gium erat romam inermes & fortuna & specie supplicū delati sunt.
Ibi benigne accepti diuisique in hospitia: curati uulneribus: alii profe
cti domos suas hospitalium beneficiorꝫ & multos romae hospitium
urbisque cantas tenuit. Huic locus ad habitādum datus: quē deinde
tuscum uicum appellauerunt. Pv. Lucretius P. Valerius Publicola.
consules fuere. Eo anno postremo legati a porsenna: de reducendo in
regnum Tarquinio uenerunt. Quibus cum responsum esset: missurum

ad regem ſenatum legatoſ: miſſi conſeſtim honoratiſſimuſ quiſque ex patribuſ: non quin breuiter redditi reſponſum poſſet non recipi regeſ ideo ponuſ delectoſ patrum ad eum miſſoſq; legatiſ eiuſ romæ daretur reſponſum: ſed ut imperpetuum eiuſ rei mentio finiretur: ne ītantiſ mutuiſ beneficijſ inuicem animi ſolicitarentur: cum ille peteret quod contra libertatem populi ro. eſſet: romani niſi in perniciem ſuā facileſ eſſe uellent: negarent: cui nihil negatum uellent: non in regno populū ro. ſed in libertate eſſe. Ita induxiſſe ſe in animū hoſtibuſ ponuſ: q̄ regibuſ portaſ patefacere. Eam eſſe uoluntatem omīum: ut qui libertati erit in illa urbe finiſ: idem urbi ſit. Proinde ſi ſaluam uellet eſſe romam: ut patiatur liberam eſſe: orare. Rex uerecundia uictuſ: q̄n id certum atque obſtinatum eſt inquit: neque ego obtundā ſæpiuſ eadem nequicquā agendo: nec tarquinioſ ſpe auxilij: quod nullum in me eſt fruſtrabor. Aliuum hinc ſeu bello opuſ eſt: ſeu quiete exilio quærant locum: ne quid meam uobiſcum pacem diſturbet. Dictiſ facta amiciora adiecit: obſidum quod reliquum erat reddidit. Agrum ueientum fœdere ad ianiculum ito ademptum reſtituit.

Tarquiniuſ ſpe omni reditus incaſa: exulatum ad generum Manilium octauium tuſculum abijt. Romaniſ pax fida ita cū porſēna fuit. Conſuleſ inde M. Valeriuſ P. poſthumiuſ eo anno bene pugnatum eſt cum ſabiniſ. Conſuleſ triumpharunt. Maiore īn mole ſabini bellum parant. Aduerſuſ eoſ & ne quid ſimul ab tuſculo unde aſi non apertum: ſuſpectum cī bellum erat: repentini periculi oriretur: P. Valeriuſ quarto T. lucretiuſ iterū conſuleſ facti. Sedito inter belli pacisque auctoreſ orta in ſabiniſ: aliquantū inde uirium tranſtulit ad romanoſ. Nanq; Actuſ clauſuſ: cui poſtea Appio claudio fuit romae cognomen: cum pacis ipē auctor a turbatoribuſ belli premeretur: nec par factioni eſſet: ab regillo magna clientium comitatuſ manu romam tranſfugit. His ciuitaſ data: agerque tranſanienem. Vetuſ claudia tribulibuſ additiſ poſtea nouis tribulibuſ: qui ex eo uenirent agro appellata. Appiuſ inter patreſ lectuſ: haud ita multo poſt in principum dignationē peruenit.

Conſuleſ infeſto exercitu in agrum ſabinum profecti: cum ita uaſtatione: deinde prœlio afflixiſſent opeſ hoſtium: ut diu nihil inde rebellionis timere poſſent: triumphantes romam redierunt. P. Valeriuſ omniū conſenſu princeps belli pacisque artibo anno poſt Agrippa Me

nenio P. Postumio consulibus: moritur gloria ingenti: copijs famili-
aribus adeo exiguis: ut funeri sumptus deessent. De publico est datus
Luxere matronae ut Brutum; Eodem anno duae coloniae latinae
pometia & cora ad Auruncos defiunt. Cum Auruncis bellū initū
fusoque ingenti exercitu: qui se ingredientibus fines consulibus: feroci-
ter obtulerat: omne auruncum bellum pometiam copulsum est. nec
magis post proelium: q̄ in proelio caedibus temparum est. & caesi aliq̄n
to plus erant: q̄ capti. & captos passim trucidauerunt. He ab obsi-
dibus quid: qui .ccc. numero erant: ira belli hostilis abstinuit. Et
hoc anno romae triumphatum est; Sequuti consules Opiter virgi-
+ nius, Sp. Cassius: pometiam primo vi: deinde vineis aliisq; opibus — q obuio pauo uel pduro a suo uulcente nascente.
oppugnarunt. In quos aurunci magis iam inexpugnabili odio: q̄
spe aliqua aut occasione cohorti: cum plures igni q̄ ferro arman ex
currissent: caede incendioque cuncta complent. vineis incensis: milites
hostium uulnerant & occisis: consulum quoq; alterū: sed uerū nom̄
auctores non adiunt: graui uulnere ex equo deiectum prope iter-
fecerunt. Romam inde male gesta re reditum. Inter multos saucios
consul spe incerta uitae relictus. Interiecto deinde haud magno spa-
tio: quod uulneribus curandis supplendoque exercitui satis esset: tū
ira maiore belli: tum uiribus & auctis pometiae arma illata. Et cū iuue-
is refectis aliaque mole belli iam in eo res esset: ut in muros euaderet
miles dedito est facta. Laetera nihilo minus foede dedita urbe: q̄ si
capta foret. Aurunc passim principes securi percussi. sub corona ue-
nerunt coloni aliique. oppidum diruitur. Ager uenijt. Consules
magis obiras grauiter ultas: q̄ ob magnitudinē perfecti belli trium-
pharunt. Insequens annus Postumius Cominius & T. Larquius
consules habuit. Eo anno romae cum per ludos ab sabinorū iuuen-
tute per lasciuiam scorta rapentur: concursu hominū rixa ac prope
proelium fuit. Paruaque ex re res ad rebellionem spectare uideba-
tur supra belli sabini metum id quoq; accesserat: quod .xxx. iā
coniurasse populos: concitante Octauio Manilio satis constabat.
In hac tantaq; expectatione rerū solicitata ciuitate dictatoris pri-
mum creandi mentio orta est. Sed nec quo anno: nec quibus cōs
consulibus: nec quis primū dictator creatus sit: satis constat. Apd
ueterrimos m̄ auctores T. Larqium dictatorem primū: Sp. Cassiū
magr̄m equitum creatos inuenio. Consulares legere: ita lex iu

bebat de dictatore creando lata. Eo mgis adducor: ut credam Largiū qui consularis erat potius: q̄ M. Valerium filium Voleſi nepotem: qui non dum consul fuerat moderatorem &: magrm consulibus appositū Quod si maxime ex ea familia legi dictatorem uellent prēf: multo potius M. Valerium spectatæ uirtutis &: consularem uirū legisset. Creato dictatore primū romæ: postq̄ prēferri secures uiderunt: magnus plebem metus incessit: ut intentiores essent ad dicto parendū. Neq: n. ut in consulibo: qui pari potestate essent: alterius auxilium: neq: prouocatio erat: neque ullum usq̄ nisi in cura parendi auxiliū. Sabinis creatus &: romæ dictator: eo magis quod pp se creatum crediderant metum incussit. Itaque legatos de pace mittunt: quibo orātibus dictatorem senatumq;: ut ueniam erroris homībo adolescētibus darent. Responsum ignosci adolescentibo posse: senibo non posse: qui bella ex bellis serrent. Actum tn est de pace: impetrata que fora: si quod impense factum in bellum erat: prestare sabini id. n. postulatum erat: in animū induxissent: bellum indictū. date inducie quietum animū tenuere. Consules Seruilius Sulpitius M. Manlius Tullus. Nihil dignum memoria actum. T. Ebutius deinde &: L. Veturius. His consulibo fidenæ obsessæ. Crustumeria capta. Prenestæ ab latinis ad romanos desciuit. Nec ultra bellum latinum q̄dringentesimam per aliquot annos dilatum. Aulus postumius dictator: T. ebutius magr equitum: magnis copiis peditum, equtum profecti ad lacum regillum in agro tusculano agmini hostiū occurrerunt. &: quia tarquinios esse in exercitu latinorū audituin est: sustineri ira non potuit: quin extemplo confligerent. Ergo &: prelium aliq̄nto q̄ cetera grauius &: atrocius fuit. Non. n. duces ad regendam mō consilio rem affuere: sed suis met ipis corporibus dimicantes miscuere certamina. Nec quisquā procerū ferme aut ex hac aut ex illa acie sine uulnere preter dictatorē romanū excessit. In postumiū prima in acie suos hortantem instruentēq: Tarquinius superbus q̄q̄ iam ætate &: uiribus erat grauior equō infestus admisit: ictuque ablatere concursu suorū receptus in tutum est. Ex altero cornu: Ebutius magr equitum in Octauium Manlium impetum dedrat: nec fefellit ueniens tusculanū ducem: contra quem &: ille concitat equū. Tantaque uis in infestis uenientiū hastis fuit: ut brachium Ebutio traiectum sit: pectus

Manlio percussum. Hunc quid in secundā aciem latum recipere?
Ebutius cum sauio brachio tenere telum non posset: pugna excessit.
Latinus dux nihil deterritus uulnere proelium ciet. Et quia suos p-
culsos uidebat, accersit cohortem exulum romanorū: cui L. Tarqui-
nij frater praerat. Ea quo maiore pugnabat ira ob erepta bona
patriamq; adempram pugnam parumper restituit. Referentibus
pedem iam ab ea pte romanis M. Valerius publicolae frater cōspi-
catus ferocem iuuenem Tarquinium ostentantem se in prima exulū
acie: domestica & gloria accensus: ut cuius familiae decus erecti
regis erant: eiusdem interfecti forent: subdit calcaria equo: & Tar-
quinium infesto spiculo petit. Tarquinius retro in agmen suorum
infenso cessit hosti. Valerium temere inuectum in exulum aciem
ex transuerso quidā adortus transfigit. Nequicquā equus uulne-
re equo retardato: moribundus romanus: labentibo super corpus
armis ad terram defluxit. Dictator Postumius postq̄ cecidisse ta-
lem uirum: exules ferociter citato agmine inuehi: suos perculsos
cedere animaduertit: cohorti suae. quā delecta manu praesidij cā
circa se hēbat: dat signum: ut quem suorū fugientem uiderint pro
hoste hēant. Ita metu accepto uersi a fuga romani in hostem. &
restituta acies. Cohors dictatoris cum primū proelium iniit: integris
corporibo animisq;: fessos adorti exules caedunt. Ibi alia inter pro-
ceres coorata pugna. Impator Latinus ubi cohortem exulum ab di-
ctatore romano prope circūuentam uidit: ex subsidiarijs manipu-
los aliquot in primā aciem secum rapit. Hos agmine uenientes T.
Herminius legatus conspicatus: interque eos insignem ueste armis
que Manlium nositans: tanto ui maiore: q̄nto paulo ante magr
equitum cum hostium duce proelium iniit: ut & uno ictu trans-
fixum per latus occident Manlium. & ipē inter spoliandū corpo
hostis uertuto percussus: cum uictor in castra essā relatus inter
primā curationem expirauit. Tum ad equites dictator aduolat
obtestans ut fessis iam pedite descendant ex equis: & pugnam ca-
pessant. Dicto paruere. descendunt ex equis: proiolant in proe-
lium: & pro antesignanis parmas obijciunt. Recipit extemplo
animū pedestris acies: postq̄ iuuentutis proceres aequato genere
pugnae secum: prem piculi sustinentes uidit. Tum demū impulsi
Latini: perculsaque inclinauit acies. Equitibo admon equi: ut

persequi hostem possent: secuta & pedestris acies. ibi nihil nec di-
uinæ nec humanæ opis dictator prætermittens: ædem castori
uouisse fertur: ac pronūtiasse militi premia: qui primus: qui
secius castra hostium intrasset. Tantusque ardor fuit: ut eodē
impetu quo fuderant hostem romani castra caperent. Hoc mō
ad lacum regillum pugnatum est. Dictator & magr equitū tri-
umphantes in urbem rediere. Triennio deinde nec certa pax nec
bellum fuit. Consules quintus cloelius & T. Larcius. Tum Aulus
Sempronius & M. Minucius. his consulibus ædes saturno ae-
dificata. Saturnaliorum institutus festus dies. Aulus deīn Postu-
mius & T. Virginius consules facti. Hoc demū anno ad regillū
lacum pugnatum apud quosdā inuenio. Aulū Postumiū quia
collega dubiæ fidei fuerit se consulatu abdicasse. Dictatorē in
factum: tanti errores implicant tēporum: aliter apud alios or-
dinatis magistratibus: ut nec qui consules scīm quosdā: nec qd
quoque anno actum sit: in tanta rerum uetustate non mō rez:
sed & auctorē digerere possis. Appius Claudius deīn & P. Ser-
uilius facti consules. Insignis hic annus est nuntio Tarquinij mor-
tis. Mortuus est cumis: quo se post fractas opes latinorū ad Aristo-
demum tyrannū contulerat. Eo nuntio erecti patres: erecta plebes.
sed patribus nimis luxuriosa ea fuit lætitia. Plebi cui ad eā diem
summa ope inseruitum erat iniuriae a primoribus fieri cœpit. Eod'
anno signia coloniæ: quā rex Tarquinius deduxerat supplero nūo
colonorum iterum reducta est romæ. Tribus una & xx. factae.
Aedes mercurij dedicata est: idibus maijs. Cum uulscorū gente
latino bello nec pax nec bellum fuerat. Nam & uolsci compauerāt
auxilia: quæ mitterent latinis: ni maturatū ab dictatore roma-
no essēt: & maturauit romanus: ne prœlio uno cum latino uolsci
que contenderent. Hac ira consules in uolscum agrum legiones du-
xere. Volscos consilij pœnam non metuentes: nec opinata res per-
culit armorū īmemores obsides dant. ccc.ᵐ principū a cora atque
pomecia liberos. Ita sine certamine inde abductæ legiones. Nec ita
multo post uolsci leuatis metu suum redit ingenium. Rursus oc-
cultum parant bellum: Ernici in sonetate armorū assūptis. Lega-
tos quoq; ad solicitandum Latium passim dimittunt. Sed retens
ad regillum lacum acceptæ clades: latinos odioque euis qtunq;

arma suadera: ne ab legatis quid uiolandis abstinuit. comprehēsosq:
uolscos romam duxere. Ibi tradiu consulibo. Indicatūque est hernicos
uolscosq: parare bellum romanis. Relata res ad senatum: adeo fuit gra-
ta patribo: ut captiuorū sex milia latinis remitterent. Et de foedere
quod prope imperpetuū negatum fuerat: rem ad nouos magistratus
transferent. Tum tūo latini gaudere facti pacis auctores. ingenti glia
esse. Coronam auream ioui dono in capitolium mittunt. Cū legatis
donoque qui captiuorū remissi ad suos fuerant magna circumfusa
multitudo uenit. Pergunt domos eorū apud quē quisque seruierat
gratias agunt liberaliter habiti cultique in calamitate sua. Inde ho-
spitia iungunt. Nunq̄ alias ante publice priuatīq: latinum nomen
romano imperio cōuictius fuit. Sed & bellum uolscum īmine-
bat & ciuitas secum ipa discors intestino inter patres plebēque fla-
grabat odio: maxime pp nexos ob aes alienum. Fremebant se foris
pro libertate & imperio dimicāres: domi a ciuibus captos & oppressos
esse: tutioresque in bello q̄ in pace: inter hostes q̄ inter ciues libertatē
plebis esse. Inuidiamque eam sua sponte gliscentem: insignis unius ca-
lamitas accendit. Magno natu quidam cum omniū maiorū suorū
insignibo se in forum proiecit. Obsita erat squalore uestis. foedior
corporis habitus pallore ac macie perhenni. Adhaec promissa barba
& capilli efferauerant speciem oris. Noscebatur tn in tanta difformi-
tate. Et ordines duxisse aiebant: aliaque militiae decora uulgo mi
serantes eum iactabant. Ipse testes honestarum aliquot locis cicatri-
ces pugnarum aduerso pectore ostentabat. Scisciantibus unde ille
habitus: unde deformitas cum circūfusa turba esset: prope in contio-
nis modum sabino bello ait se militantem: quia pp populationes a-
gri non fructu mō caruerit: sed tulla incensa fuerit: direpta omīa
pecora abacta. tributum iniquo suo tpīe impatum: aes alienū fecisse.
Id cumulatum usuris primo se agro paterno auitoque exuisse. deīn
fortunis aliis: postremo uelut tabem puenisse ad corpus: ductum se ab
creditore: non in seruitium: sed in ergastulū & carnificinam esse. In-
de ostentare tergum foedum recentibo uestigiis uerberū. Ad haec
uisa auditaque clamor ingens oritur: non iam foro se tumultus su-
stinet: sed passim totam urbem peruadit. Nexi uincti soluique se
undique in publicum proripiunt: implorant quiritium fidem. nullo
loco deest seditionis uoluntarius comes. Multis passim agminibo per

omnes una cum clamore in forum currunt. Magno cum periculo suo qui forte patrum in foro erant, in eam turbam inciderunt. Nec temperatum manibus foret, ni propere consules P. Servilius & Appius Claudius ad comprimendam seditionem interuenissent. At in eos multitudo uersa ostentare uincula sua, deformitatemque aliam. Haec se meritos dicere exprobrantes: suam quisque alius alibi miseriam postulare multo magis minaciter, quam supplicater: ut senatum uocarent curiamque: ipsique suum arbitrum moderatoresque consilij publici. Circumsistunt pauci admodum patrum, quos casus obtulerat contracti ad consules. Ceteros metus non curia mouit: sed & foro arcebat, nec agere quicquam per infrequentiam poterat senatus. Tum uno eludi atque extrahi se multitudo putare. & patres qui abessent non casu non metu, sed impediendi rei ea abesse. & consules ipsos peruersari, nec dubie ludibrio esse miseriasque suas. Iam prope erat, ut ne consulum quidem maiestas coerceret iras hominum. Cum incerti plus periculi contraherent morando an ueniendo, tandem in senatum ueniunt. Frequentique tandem curia non modo inter patres, sed ne inter consules quidem ipsos satis conueniebat. Appius uehemens ingenium uim imperio consulari rem agendam censebat, uno aut altero e reprobo quietos alios. Servilius lenibus remedijs aptus concitatos animos flectit, quos frangi putabat: cum tutius tum facilius esse. Inter haec maior alius terror: Latini equites cum tumultuoso aduolant nuntio, uolscos cum infesto exercitu ad urbem oppugnandam uenire. Quae audita adeo duas ex una ciuitate discordia fecerat: longe aliter patres ac plebem affecere. Exultare gaudio plebes, ultores superbiae patrum adesse dicere deos: alius alium confirmare, ne nomina darent: cum omnibus ponus, quos solos putabat, patres militarent, patres arma caperent, ut penes eosdem pericula belli, penes quos praemia essent. At uero curia maesta ac trepida anceps metu, & ab ciue & ab hoste. Servilium consulem, cui ingenium magis popularе erat, orare, ut tantas circumuentam terroribus expediret rem p. Tum consul misso senatu in contionem prodit. Ibi cum esse patribus ostendit ut consulatur plebi. Ceterum deliberationem de maxima quidem illa sed una parte curatis metum pro uniuersa re p. interuenisse, nec posse, cum hostes prope ad portas essent, bello peruerti quicquam: nec si sit laxamenti aliquid haud plebi honestum esse, nisi merito de priuis erepta arma pro patria non cepisse, neque patribus ratis decorum per metum ponus, quos postmodum uoluntatibus afflictis:

ciuium suorum fortunis consuluisse. Contiom deinde edicto ad
didit finem: quo edixit ne quis ciuem romanum uinctum: aut cl
ausum teneret: quo minus ei nominis edendi apud consules potestas
fieret: nec quis miles donec in castris esset: bona possideret: uēderet:
ue: libros nepotes ue moraretur. Hoc proposito edicto: & qui aderāt
nexi profiteri ex templo nomina: & undique ex tota urbe proripien
tium se ex priuato: cum tumendi sui creditori non esset: concursus in
forum ut sacramento dicerent fieri. Magna ea manus fuit. Neq; alio
rum magis in uolsco bello uirtus atque opera enituit. Consul copias cō
tra hostem educit: paruo diuidente interuallo castra ponit. Proxima
inde nocte uulsci discordia romana freti: si qua nocturna transitio pro
dinoue fieri posset: temptant castra. Sensere uigiles: excitatus exercitus
signo dato concursum est: arma. Ita frustra id inceptum uolsci sunt.
Reliquum noctis utrinque quieti datum. Postero die prima luce uol
sci fossis replent: uallum intrudunt. Iamq; ab omni parte munimēta
uellebantur: cum consul q̄q̄ cunctis undique & nexi ante omnes: ut si
gnum daret: clamabant: experiendi animos militum, causa parūp moratus.
Postq̄ sanus apparebat ingens ardor: dato tandem ad erūpendum signo:
militem audum certaminis emittit. Primo statim impetu pulsi hostes.
Fugientes quoad insequi pedes potuit: terga cesa: equus usque ad ca
stra pauidos egit. Mox ipa castra legionibus circūdatus cum uolscos i
nde etiam pauor expulisset: capta direptaque. Postero die ad
Suessam pometiam quo fugerant hostes legionibo ductis inter pau
cos dies opidum capitur. Captum prede datum. Inde paulū recre
atus miles egens. Consul cum maxima gloria sua uictorem reduxit
exercitum romam. Decedentem romam macetiani uolsciq; legati
rebus suis timentes post pometiam captam adeunt. His ex senatus
consulto data pax. Ager ademptus. Confestim sabini romanos re
tentauere. Tumultus. n. fuit ueritus: q̄ bellum. Nocte in urbe nunciatū
est exercitum sabinū predabundum ad anienem amnem peruenisse
Ibi passim diripi atque incendi uillas. Missus extemplo eo cum oībus
copijs equitum A. Postumius: qui dictator bello latino fuerat. Secuto
consul Seruilius delecta manu peditum: plerosque palantes equos
circūuenit. Nec aduentu peditum agmini restitit sabina legio
Sed tum timore: tum populatione nocturna. magna in uillis reple
ti cibo uinoque, uix fugae quod satis esset: uirium habuere: Nocte

uma audito perfectoque bello ſabino: proxima die in magna iā ſpe
1ª parte
undique paraꝫ pacis: legati auruci ſenatum adeunt: ni decredat
uolſco agro bellum indicentes. Cum legatis ſimul exercitus aurūcor-
domo profectus erat. Cuius fama haud procul iam ab urbe uiſi tā
to tumultu conciuit romanos: ut nec conſuli ordine patres: nec pa-
catum reſponſum arma inferentibus arma ipi capientes dare poſſēt:
urbem infeſto agmine itur. Nec procul inde cum auruncis ſigna
collata: prœlioque uno debellatum eſt. Fuſis auruncis uictor tot
intra paucos dies belli romanus promiſſa conſulis fidemq; ſenatus
expectabat. Tum Appius & inſita ſupbia animo: & ut collegæ uanā
facerā fidem: q̄ aſperrime poterat iuſ de creditis pecuniis dicere. Dein-
cepſ & qui ante nexi fuerant creditoribus tradebantur: & necteban-
tur alii. Quod ubi cui militi rnciderat collegam appellabat: cōcur-
curſus ad Seruilium fiebat: ac illius promiſſa iactabant. Illi expro-
brabant ſua quiſque belli merita: cicatricesque acceptas. poſtulabāt
que: ut aut referret ad ſenatum: aut ut conſilio eſſet ciuibus ſuis.
Impator militibus. Mouebāt conſulem hęc: ſed torquerari res co-
gebat: adeo in alteram cām non collega ſolum ſteterat: ſed omnis
factio nobilium. Ita medium ſe gerendo nec plebis uitauit odiū
nec apud patres gratiam iniit. Patres mollem conſulem & ambitio-
ſum rati. plebes fallacem. Breuique apparuit æquaſſe eum Appii
odium. Certamen conſulibus inciderat uter dedicaret Mercurii ædē
Senatus abſerem ad populum reiecit: utri eorū dedicatio iuſſi ppli
data eſſet: eum præeſſe annone. mercatorū collegia inſtituerit. ſo-
lemnia pontifice iuſſit ſuſcipere. populus dedicationē edidit dat
M. Lectorio primi pili centurioni: Quo facile appareret non tam ad
honorem eius cui curatio altior faſtigio ſuo data eſſet, factū: q̄
ad conſulum ignominiā. Sæuire inde utriq; conſulum alter: pa-
treſque. Sed plebi creuerant animi. & longe alia q̄ primo inſtitu-
erant uia graſſabantur. Deſperato. n. conſulum ſenatuſq; auxilio:
cum in ius duci debitorem uidiſſent undique conuolabant. Neque
decretum exaudiri conſulis præ ſtrepitu & clamore poterat. Nec cū
decreuiſſet: quiſquā obtempabat. Vi agebatur, metus omiſſus & pri-
lum libertatis. cum in conſpectu coſulis ſinguli a pluribus uiolarēt:
in creditores a debitoribus uerterat. Super hoc timor inceſſit ſabi-
ni belli. delectuque decreto nomen dedit nemo: furente Appio & in

ſectante ambitionem collegę: qui populari ſilentio rem.p. proderat
& ad id quod de credita pecunia iuſ non dixiſſet addixerat: ut ne de
lectum quid ex ſenatuſ conſulto hęret: non eſſe tm̄ deſertam omnino
rem.p. neque proiectum conſulare imperium: ſed unum & ſuæ & pa
trum maieſtatiſ uindicem fore. Cum conſtaret cottidiana multitu
do licentia accenſa arripi unum inſignem ducem ſeditionum iuſſit.
Ille cum a lictoribuſ iam traheretur: prouocauit. Nec ceſſiſſet pro
uocationi conſul: quia non dubium populi iudicium: niſi ægre
uicta pertinacia foret: conſilio magiſ & auctoritate principum: q̄ po
puli clamore: adeo ſuperant animi ad ſuſtinendam inuidiā. Cre
ſcere inde malum in dieſ non clamoribuſ mō apertiſ: ſed (qd̄ miſto
perniciſſimuſ erat) ſeceſſione occultiſque colloquiiſ. Tandem inuiſi
plebi conſuleſ magiſtratu abeunt. Seruiliuſ neutriſ: Appiuſ prīb
mire gratuſ. A. Virginiuſ inde & T. Veturiuſ conſulatum ineūt.
Tum uero plebſ incerta qualeſ hītura conſuleſ eſſent: cœtuſ noctur
noſ: parſ eſquiliiſ: parſ in auentino facere: ne in foro ſubitiſ tre
pidaret conſiliiſ: & omnia temere ac fortuito agerent. Eam rem
conſuleſ rati: ut erat: perniciſſam: ad patreſ deferunt. Sed dela
tam conſulere ordine non licuit: adeo tumultuoſe accepta eſt cla
moribuſ undique & indignatione patrum: ſi (quod impio cōſu
lari exequendum eſſet) inuidiam eius conſuleſ ad ſenatum re
ferrent. Profecto (ſi eſſent in re.p. magiſtratuſ: nullum fuiſſe
fuiſſe romæ niſi publicum conſilium: nunc in mille curiaſ cō
noneſque: cum alia in eſquiliiſ alia in auentino fiant conſilia di
ſpſam & diſſipatam rem.p. eſſe. Vnum hercule uirū: id.n. plus eſſe
q̄ conſulem: qualiſ Appius Claudius fuerit: momento ipſe diſcuſ
ſurum illoſ cœtuſ fuiſſe. Correpti conſuleſ: cum quid ergo ſe facere uellē
nihil.n. ſegniuſ molliuſ ue: q̄ patrib̄ placeat acturoſ: pcontarent
decernunt patreſ: ut delectum q̄ acerrimū hēant: nec lasciuire
plebem. Dimiſſo ſenatu conſuleſ in tribunal deſcendunt: citātq;
nominatim iuniores: cum ad nomen nemo reſponderet: circūfu
ſa multitudo in contionis modum: negare ultra decipi plebē poſſe
nunq̄ unum militem hīturoſ niſi præſtaretur fideſ publica. Li
bertatem unicuiq; pruſ reddendam eſſe: q̄ arma danda: ut pro
patria cuiuſque non pro dominiſ pugnent. Conſuleſ qd̄ mā
datum eſſet a ſenatu uidebant: ſed eoꝝ qui intra parieteſ curiæ

ferocior loquerentur: neminem esse inuidiæ suæ participem. Et appa-
rebat atrox cum plebe certamen. Prius itaque q̄ ultima experirentur:
senatum iterum consulere placuit. Tum ūo ad sellas consulum ppere
conuolare minimus quisque natu patrum. abdicare consulatu iu-
bentes: & deponere imperium: ad quod ferendum animus deesset. u-
traque re sanus experta. Tum demum consules: ne prædictum negent
p.c. adesse ingens sedino: postulamus ut hi qui maxime ignauiam
increpant adsint nobis habenubo delectum. acerrimi cuiusque ar-
bitrio: q̄n ita placet rem agemus. Redeunt in tribunal. Citari noīa-
tim unum ex his qui in conspectu erant dedita opera iubēt. Cum
silentio factus & circa eum aliquot hominum ne forte uiolaretur
constitisset: globus: lictorem ad eum consules mittunt. Quo repul-
so: tum ūo indignum facinus esse clamitantes: qui patrū consu-
libus aderant: deuolant de tribunali: ut lictori auxilio essent:
Sed ab lictore nihil aliud: q̄ prendere prohibito: cum cōuersus
in patres impetus fieret: essetq; consulū inter curiū rixa fœdata
est. In qua tum sine lapide sine telo plus clamoris atque iurium: q̄
iniuriæ fuerat. Senatus tumultuose uocatus: tumultuosius consu-
litur. quæstionem postulantibus his qui pulsati fuerant: decerne-
re ferocissimo quoque non sententiis magis: q̄ clamore & strepitu
Tandem cum irae resedissent exprobantibus consulibus nihilo plus
salutis in curia q̄ in foro esse: ordine consuli cœpit. Tres fuere
sententiae. P. Virginius rem non uulgabat: de his tm: qui fidē
secum P. Seruilij consulis uulsco aurunco sabinoq; militassent
bello agendum censebat. T. Larcius non id tempus esse: ut meri-
ta tm mō exoluerentur: totam plebem ære alieno demersam esse
nec sisti posse: ni omnibus consulatur. Quod si alia aliorum sit cō-
ditio accendi magis discordiam: q̄ sedari. Appius Claudius &
natura īimicus & efferatus: hinc plebis odio: illinc patrum laudi-
bus: non miseriis ait: sed licentia tantū concitam turbam & lasci-
uire plebem magis: q̄ sæuire. Id adeo malum ex prouocatione na-
tum: quippe minas esse consulum non imperium: ubi ad eos qui una
peccauerunt prouocare liceat. Agedum inquit dictatorem a quo
prouocatio non est creemus. Nam hic quo nunc omnia ardent
conticesset furor. Pulset tum mihi lictorem: qui sacrosanctus de tergo
utaque sua penes unum illum esse: cuius maiestatem uiolarit

Mulnſ ut erat horrida & atrox uidebatur Appij ſententia. Rurſuſ Virginij Largiique exemplo haud ſalubrem: utiq; Largij & putabant ſuam: quae totam fidem tollerat. Medium maxime & moderatum utique conſilium Virginij habebatur. Sed facho-
ne reſpectuque rerum priuatarū: quae ſemper offecere: offinentq; publicis conſilijs Appius uicit. Ac prope fuit: ut dictator ille idē cre-
aretur. Quae res utique alienaſſet plebem periculoſiſſimo tempore: cum Vulſci equiq; & ſabini ſorte una omnes in armis eſſent. Sed curae fuit conſulibo & ſenioribo patrum: ut imperium ſua natura uehemens: manſueto permitteretur ingenio: M. Valerium dictatorem Voleſi filium crearent. Plebs & ſi aduerſus creatum dictatorem uidebat: tñ cum prouocationē fratris lege hēret: nihil ex ea familia triſte nec ſuperbum timebat. Edictum deinde a dictatore propoſitum confirmauit animos: Seruilij fere conſulis edicto conuenient. Sed & homini & poteſtate meliuſ rati credo obmiſſo certamine nomina dedere: quantus nunq̄ ante exercitus: Legiones decem effectae. Ternae inde datae conſulibuſ: quatuor dictatoriuſ. Nec iam poterat bellum differri. Equi latinum agrum inuaſerant. Oratores latinorum ab ſenatu petebant: ut aut mitterent ſubſidium: aut ſe ipſos tuendorum finium cauſa arma capere ſinerent. Tutus uſus eſt defendi inermes latinos: q̄ pati retractare arma. Vetuſtus conſul miſſus: ut finis populationis fuit. Deſſere equi campis: locoque magis q̄ armis freti ſumis ſe ſuis montium tutabantur. Alter conſul in uolſcos profectus: ne & ipſe teneret tempus uaſtandis maxime agris hoſtem ad conferenda propius caſtra: dimicandumque ante excuit. Medio inter caſtra cāpo ante ſuum quiſque uallum infeſtis ſignis conſiſtere: Multitudie aliquantulm uolſci ſuperabant. Itaque effuſi & contēptim pugnā miere. Conſul romanus nec promouit aciem: nec clamore reddi paſſus defixis pilis ſuos ſtare iuſſit. Vbi ad manum uenit & hoſtium cohortes tota ui gladijs rem gerere. Volſci curſu & clamore feſſi: cum uelut ſe ſtupentibuſ metu intuliſſent romanis: poſtq̄m impreſſionem ſenſere ex aduerſo factam & ante oculos micare gladios: haud ſecus q̄ ſi in inſidias incidiſſent: turbati uertunt terga. & nec ad fugam quid ſatis unum fuit: quia curſu in proelium uenerant. Romani contra: qui a p̄ncipio pugnae quieti ſtete-

Gruiter.

rant uigentes corporibꝫ facile adorti fessos. & castra impetu cepere
& castris exutum hostem uelitras persecuti uno agmine uictores cū
uictis in urbem irrupere. Plusque ibi sanguinis promiscua omnium
generum cæde: q̄ in ipā dimicatione factum. Paucis data uenia q
inermes in deditionem uenerunt. Dum hæc in volscis gerūtur dicta
tor sabinos: ubi longe plurimū belli fuerat fundit fugatq;: exuitq;
castris. Equitatu īmisso, mediam turbauerat hostium aciem. Qua
dum se cornua latius pandunt parum apte introrsum ordinibꝫ ac
firmauerant. Turbatos pedes inuasit. Eodem impetu castra capta: de
bellatumque est. Post pugnam ad regillum lacum: non alia illis an
nis clarior pugna fuit. Dictator triumphans in urbem inuehitur.
Super solitos honores locus in curru ipī posterisque ad spectaculum
datus. Sella in eo loco curulis posita. Volsci deuictis Veliternus a
ger ademptus. Velitras coloni ab urbe missi: & colonia deducta. Lū
equis post aliquanto pugnatum est: inuito quid consule: quia loco
iniquo subeundum erat ad hostes. Sed milites extrahi rem crimina
tes: ut dictator priusq; ipī rediret in urbem magistratu abiret: ir
ritaque: sicut ante consulis promissa caderent: perpulere ut forte
temere in aduersos montes agmen erigerat. Id male cōmissum igna
uia hostium in bonum conuertit. Qui prius q̄ ad coniectum teli ue
niretur obstupefacti audacia romanorꝫ: relictis castris: quæ muni
tissimis tenuerant locis: in aduersus uallis desiluere. Vbi satis præ
dæ ex uictoria incruenta fuit. Ita tri fariam re bello bene gesta de
domesticarꝫ rerum euentu: nec patribus nec plebi cura decesserat.
tanta tum gratia tum, arte præparauerant fœneratores: quæ non modo
plebem: sed ipm etiam dictatorem frustrarentur. Nam M. Valerius
post ueturij consulis reditum omniū actionum in senatum primam
habuit pro uictore populo uocem: retulitque quid de nexis fieri pla
cerat. Quæ cum reiecta relatio essat: non placeo inquit concordiæ
auctor. optabilis medius fidius prope diem: ut mei similes romana
plebs patronos hēat. Quod ad me attinet: neque frustrabor ultra ci
ues meos: neque ipē frustra dictator ero. Discordiæ intestinæ bellum
externum fecere: ut hoc magistratu egerat. res. p. Pax foris parta ē.
domi impeditur. Priuatus potius q̄ dictator seditioni interero. Ita cu
ria egressus dictatura se abdicauit. Apparuit causa plebis suam uicē
indignantem magistratu abisse. Itaque uelut persoluta fide quoniā

per eum non ſtetiſſe: quin præſtaretur: decedentem domū cum fauo
re ac laudibuſ perſecuti ſunt. Timor inde patreſ inceſſit: ne ſi dimiſſuſ
exercituſ foret: rurſuſ cetuſ occulti cōiurationeſque fierent. Itaque
q̄q̄ per dictatorem delectuſ habituſ eſſet: tñ quia in conſulum uerba
iurauſſent: ſacramento teneri militem rati: per cauſam renouari ab e-
quiſ belli: educi ex urbe legioneſ iuſſere. Quo facto maturata eſt ſedino:
primūque agitatum dicitur de conſulum cæde: ut ſoluerentur ſacra
mento. Doctoſ deinde nullam ſcelere religionem exolui. Siccimo quo
dam auctore inuiſſu conſulum in ſacrum montem ſeceſſiſſe tranſa-
nienem amnem: tria ab urbe millia paſſuum. Ea frequentior fama
eſt: q̄ cuiuſ Piſo auctor eſt in aduentinum ſeceſſionem factam eſſe.
Ibi ſine ullo duce: uallo foſſaque cōmuniſ caſtriſ quieti rem nullam
niſi neceſſariam ad uictum ſumendo per aliquot dieſ neque lacesſiti
neque lacesſentiſ ſeſe tenuere. Pauor ingens in urbe metuq; mutuo ſu
ſpenſa erant omnia. Timere relicta ab ſuiſ plebeſ uiolentiam patrū
Timere patreſ reſidere in urbe plebem: incerti manere eam an abire
mallent: q̄diu autē tranquillam: quae ſeceſſerit multitudinē fore:
quid futurum deinde: ſi quod externum interim bellum exiſtat: nil
lam profecto niſi in concordia ciuium ſpem reliquam ducere. Eam
per æquа per iniquа reconciliandam ciuitati eſſe. Placuit igitur
oratorem ad plebem mitti Menenium Agrippam facundum uirū
& quod inde oriundus erat plebi carum. Is introміſſuſ in caſtra
priſco illo dicendi & horrido mō nihil aliud q̄ hæc narraſſe fertur.
Tempore quo in homine non ut nunc omnia in unum conſenſerant
ſed ſinguliſ membriſ ſuum cuique conſilium, ſuuſ ſermo fuerit: indi-
gnataſ reliquaſ partes ſua cura: ſuo labore ac miniſterio uentri omia
queri: uentrem in medio quietum nihil aliud q̄ datiſ uoluptatib
frui. conſpiraſſe inde ne manuſ ad oſ cibum ferret: nec oſ acceptа
datum: nec dentes conficerent. Hac ira dum uentrem fame doma-
re uellent: ipā una membra totumque corpuſ ad extremā tabem
uenиſſe. Inde apparuiſſe: uentriſ quoque haud ſegne miniſterū eſſe
nec magiſ ali q̄ alere eum reddentem in omneſ corporiſ partes nu-
trimentum. hinc quo uiuimuſ uigemuſque diuiſum pariter in ue
naſ mature confecto cibo ſanguinem compando: hinc, quod inte-
ſtina corporiſ ſedino ſimiliſ iræ plebiſ in patreſ eſſet: flexiſſe mētes
hominū. Agi deinde de concordia cœptum: conceſſūq; in conditi-

onef: ut plebi ſui magiſtratuſ eſſent ſacro ſanct: quibꝫ auxilij latio aduerſuſ conſules eſſ: ne ue cui patrum capere cum magiſtratum liceret. Ita tribuni plebei creati duo C. Lucinius & L. Albinius. hi tres collegas ſibi creauerunt. In his Sicinium fuiſſe ſedicionis auctorem de duobus qui fuerint minus conuenit. Sunt qui duos tm̄ in ſacro mō re creatos tribunos eſſe dicant. Ibique ſacratam legem latam per ſeceſſionem plebis. Sp. Caſſius & Poſtumius Cominius conſulatum ineūt

H is conſulibꝫ cum latinis fœdus pcuſſum eſt. Ad id ferendum conſul alter romae manſit: alter ad uolſcum bellum miſſus. Antiates uolſcos fundit fugatque: compulſos in oppidum longulam perſecutus mœnibꝫ potitur. Inde promptus uulſcamitem uolſcorum cepit. Tum magnū ad ortus eſt coriolos. Erat tum in caſtris inter primores iuuentum C. Marcius adoleſcens & conſilio & manu promptus: cui cognomē poſtea Coriolano fuit. Cum ſubito exercitum romanum coriolos obſidentem: atque in oppidanos, quos intus clauſus hēbat, intentum: ſine ullo metu extrinſecus imminentis belli: uolſcae legiones profectae ab Anxo in ua ſiſſent: eodemque tempore ex oppido erūpiſſent hoſtes: forte in ſtatione Marcius ſi fuit. Is cum delecta militum manu non mō impetum erūpentium remidit: ſed per patentem portam ferox irrumpit: cedeq; in proxima urbis facta: ignem temere ēreptum imminentib muro ædifica ſi iniecit. Clamor inde oppidanorꝫ mixtus muliebri puerilique plorātu ad terrorem, ut ſolet, primo ortus: & romanis auxit animum & turbauit uolſcos: utpote capta urbe: qui ad ferendam opem uenerant. Ita effuſi uolſci anciates. Coriolī oppidum captum. Tantūque ſua laude obſtitit famæ conſulis Marcius: ut niſi fœdus cum latinis columna aenea inſculptum monumento eſſet: ab Sp. Caſſio tuno: quod collega fuerat: ictum: poſtumium bellum geſſiſſe cū uolſcis memoria exceſſiſſet. Eodem anno Menenius Agrippa moritur ur

· Menenius Agrippa ·

omni uita pariter patribus ac plebi carus. poſt ſeceſſionem carior plebi factus. Huic interpreti arbitroque concordiae ciuium legato patrum ad plebem reductori plebis romanæ in urbem: ſumptus funeri defuit. Extulit eum plebs ſexantibus collatis in capita. Conſules deinde T. Geganius P. Minutius facti. Eo anno cum & foris quieta omnia a bello eſſent: & domi ſanata diſcordia: aliud mālo grauius malū ciuitatem inuaſit. Caritas primum annonæ ex inculti perſeceſſionem plebis agri: fames deinde qualis clauſis ſola-

uentumque ad interitum seruitiorꝫ utique & plebis esset: ni consu-
les prouidissent. Dimissis passim ad frumentum coemendū: non
in etruriā modo dextris ab hostia littoribus per uolscos mari usq;
ad cumas: sed quæsitum in sicilia quoque: adeo finitimorum odia
longinquis coegerant indigere auxilijs. Frumentū cumis cū co-
emptum esset: naues pro bonis tarquiorꝫ ab aristodemio tyranno
qui heres erat retentæ sunt. In uolscis pontinoque ne emi quid
potuit. periculū quoque ab impetu hominū ipis frumentatoribꝰ
fuit. Ex etruscis frumentum tyberi uenit. Ex eo sustentata est plebs
Eo tempore bello in tam arctis comeantibus uexari forent: ni uolscos
iam mouentes arma pestilentia ingens inuasisset. Ea clade conter-
ritis hostium animis: ut cū ubi ea remisissent: terrore aliquo tenerē-
tur. & uelitris auxere numerum colonorꝫ romani & norbe in
montes nouam coloniam: quae arx in pontino esset & miserunt. M.
Minutio deinde & A. Sempronio consulibus magna uis frumē-
ti ex sicilia aduecta: agitatumque in senatu quantū plebi daret.
Multi uenisse tempus premendæ plebis putabant: reapandique
iura: quae extorta secessione ac ui patribus essent. In primis Mar-
cius coriolanus hostis tribuniciae potestatis. Si annonam inquit
ueterem uolunt: ius pristinum reddant patribꝰ. Cur ego plebeios
magistratus: cur siccinium potentem uideo pollentemq; uideo
sub iugum missus: tanq̄ a latronibus redemptus: Ego ne has in-
dignitates diutius patiar: q̄ necesse est: Tarquinium regem q non
tulerim siccinū feram: Secedat nunc. Auocet plebem. paret ua
in sacrum montem: aliosque colles. Rapiant frumenta ex agris
nris: quēadmodū tertio anno rapuere. Vrantur annona: quaꝫ
furore suo fecere. Audeo dicere hoc. malo dominos ipos ponus cul-
tores agrorum fore: q̄ ut armati per secessionem coli prohibeant.
Haud tam facile dictu est. faciendum ne fuerit: q̄ potuisse arbitror
fieri: ut conditionibꝰ laxandi annonam & tribuniciā potestatē
& omnia inuisa iura imposita patribus demerent sibi. Et sena-
tui nimis atrox uisa sunia est. & plebem ira prope armauit. fame
se iam sicut hostes peti. cibo uictoque fraudari. peregrinū frumē-
tum: quae sola alimenta ex insperato fortuna dederit: ab ore rapi.
ni Ex. Martio uinci dedantur tribuni: nisi de tergo plebis roma
næ satisfiat: cum sibi carnificem nouum exortum: qui aut mori

. Martius Martię.

aut ſeruire iubeat. In exeuntem e curia impetus factus eſſet: ni p
oportune tribuni diem dixiſſent. Vbi ira eſt ſuppreſſa ſe iudicem
quiſque ſe dominū uitæ necisq; inimica factum uidebat. Lōtē-
ptim primo Martius audiebat minas tribuminas: auxilij nō poene
ius datum illi poteſtati: plebiſque non patrū tribunos eſſe. Sz adeo
infenſa erat coorta plebs: ut unius poena defungendum eſſet; pa-
tribus. Reſtiterunt tm aduerſa inuidia: uſique ſunt tam ſuis qſq;
q̄ totius ordinis uiribus. Ac primo tentata eſt res. ſi diſpoſitis clien-
tibus abſtrahendo ſinguloſ a contionibo conſiliiſque diſſicere rē
poſſent. Vniuerſi deinde proceſſere quicqd erat patrum reos dice-
res: precibus plebem expoſcentes: unum ſibi ciuem: unū ſenatorē
ſi innocentem abſoluere nollent: pro nocente donarent. Ipē cum
die dicta non adeſſet: perſeueratum in ira eſt. Damnatus abſens
in uolſcos exulatum abiit: minitans patriae: hoſtileſq; iam tum
ſpiritus gerens. Venientem uulſci benigne excepere: benigniuſq;
in dies colebant: quo maior ira in ſuos eminebat. crebræq; nūc
querelæ nunc minæ percipiebantur. Hoſpitio utebatur Actij
Tullij: longe iſte princeps vulſci nominis erat: romaniſque ſemp
infeſtus. Ita cum alterum uetus odium: alteri ira recens ſtimu
lat: conſilia conferunt de romano bello. Haud facile credebāt
plebem ſuam impelli poſſe: ut totiens infeliciter tentata arma
caperent: multis ſæpe bellis: peſtilentia poſtremo amiſſa iuuētu
te fractus ſpiritus eſſet: arte agendum inexoleto iam uetuſtate
odio: ut recenti alia ira exacerbarentur animi. Ludi forte ex
inſtauratione magni romæ parabantur. Inſtaurandis hæc cā
fuerat ludis. Mane ſeruum quidā pater familiæ non dū com
miſſo ſpectaculo ſub furca cæſum medio egerat circo. Cœpti in
ludi uelut ea res nihil ad religionē pinuiſſet. Haud ita multo
poſt Tito Latinio de plebi homini ſomniū fuit. Viſus Juppiter
dicere ſibi ludi præſultatorem diſplacuiſſe: niſi magnifice inſtau
rarentur. hi ludi periculum urbi fore: iret ea conſulibo nūtiare.
Q̄ q̄ haud ſane liber erat religione animus: uerecundia tm ma-
ieſtatis magiſtratuum timorem uicit: ne in ora hominū ludi-
brio abiret. Magno illi ea cunctatio ſtetit. filium nanq; intra
paucos dies amiſit. Cuius repentinæ cladis ne cauſa dubia eet
ægro animi: eadem illa in ſomnis obuerſata ſpecies uiſa eſt ro-

gitare: fatim magnam ſpreti numinis mercedem hret: maiorem
inſtare: ni ea propere anniis& conſulibs quæ præſenſerat. Cun-
ctantem tñ ac prolatantem ingenſ uis morbi adorta eſt/debilita-
te ſubita. Tunc enī uero deor& ira admonuit. Feſſus igit malis p-
præteritis/inſtantibuſq:/conſilio propinquor& adhibito: cum ui-
ſa atq; audita/& obuerſatum tonens in ſomno iouem iraſ minaſ
que cæleſtis retuliſſe& repræſentatis caſibus ſuis. Conſenſu deinde
haud dubio omīum qui aderant: in forum ad conſules lecto īferī.
Inde in curiam iuſſu conſulum delatus: eadem illa cum patrib
ingenti omīum admiratione enarraſſe&: ecce aliud miraculum
qui captis omnib membris delatus in curiam eſſe&: eū funcht
offitio: pedibus ſuis domum rediſſe: tractitum memoriæ e ST.
Ludi q̄ amplisſimi ut fierent ſenatus decreuit. Ad eos ludos au-
ctore Acho Tullio uis magna volſcorum uenit. priuſ q̄ cōmittē
tur ludi: Tullius ut domi compoſitum cum Martio fuerat: ad cō
ſules uenit. Dicit eſſe quod ſecreto agere de re.p. uelit: arbitris
remotis. Inuitus inquit quod ſæuum ſit de meis ciuib loquor: non
tñ admiſſum quicquā ab his criminatim uenio. ſed cautī ne ad
mittant. Nimio pluſ q̄ uelim nrōrum ingenia ſunt mobilia. Mul
tis id cladib ſenſimus. quippe qui non nro merito: ſed ira patēna
incolumes ſumus. Magna hic nunc volſcor& multitudo eſt. Ludi
ſunt. ſpectaculo intenta ciuitas erit. Memini quid per eandem oc
caſionem ab ſabinorum iuuentute in urbe cōmiſſum ſit. horret
animus ne quid temere ac inconſulte fiat. Hæc ura nraque cāua
priuſ dicenda uobis conſulibus ratus ſum. quod ad me attinet:
extemplo hinc domum abire in animo eſt: ne cuius facti dēi ue
contagione præſens uioler. Hæc locutus abiit. Conſules cum ad
patres rem dubiam ſub auctore certo detuliſſent: auctor magis: ut
fit: q̄ res ad præcauendum uti ex ſuppiacaneo mouit. facto que ſe-
natus conſulto: ut urbe excederent vulſci. præcones dimittuntur:
qui omnes eos proficiſci ante noctem iuberent. Ingens pauor primo
diſcurrentes ad ſuas res tollendas in hoſpita perculit. proficiſcenti-
bus deinde indignatio adorta: ſe ut conſceleratos cōtaminatosq:
ab ludis feſtis diebus cetu quodāmodo hominū deor&q: abactos
eſſe. Cum prope continuato agmine abirent: prægreſſus Tullius
ad caput ferentinum ut quiſque euenerat: primores eor& excipi-

ent quærendo indignando que & cos sedulo audiens secunda re uerba & per cos multitudinem aliam in subiectum uæ cāpus deduxit. Ibi in contionis modum orationem exorsus. Veteres ppli ro. iniurias cladisque gentis uulsor: ut omnia inquit obliuiscam alia: hodiernam hanc contumeliam: quo tandem animo ferus: q per nām ignominiam ludos cōmisere. An non sensistis triūphatū hodie de uobis esse: Vos omnib ciuibus peregrinis tot finitimis populis spectaculo abeuntes fuisse. Vestras coniuges uros liberos traductos per ora hominum: Quid cos qui audiuere uocem præconis: quid qui uos uidere abeuntes: quid cos qui huic ignominioso agmini fuere obuij: existimasse putatis: nisi aliquod profecto nefas esse: quo si intersimus spectaculo uiolaturi simus ludos: piaculumque meruim. Ideo uos ab sede piorum cœtu concilioque abigi: Quid demum: illud non sustinuit uiuere nos quod maiorum profecta: si hæc profecto & non fuga est: & hāc urbē uos non hostium dicatis: ubi si unum diem morati essetis: moriendum omnib fuit. Bellum uobis indictum est: magno cor malo qui indixere: si uiri estis. Ita & sua sponte iracz pleni & maiorum domos deinde ingressi sunt: instigandoque suos quisque populos effecere: ut omne uulsum nomen deficeret. Imperatores ad id bellum de omnium populorz sna lecti Actius tullius & L. Martius exul romanus: in quo aliquantū plus spei repositum: quæ spes nequaquā fefellit: ut facile appareret ducib validiorem: q exercitu rem romanam esse. Cyrtios profectus primū colonos inde romanos expulit. liberāque eam urbem uolscis tradidit. Inde in latinam uiam transuersis tramitibus transgressus. satricum. longulam. polustam. toriolos. nouellam. hæc romanis oppida ademit. Inde Lauinium recepit. Tum demceps corbionem. uetelium. trebium labicos. pedum cepit. Postremo ad urbem a pedo ducit. & ad fossas cluuillas quinque ab urbe milia passuum castris positis: populatur inde agrum romanum: custodibs interpopulatores missis: qui patriciorum agros intactos seruarent: siue infensus plebei magis: siue ut discordia inde inter patres plebemque oriretur. Quæ profecto orta esset: adeo tribuni iam ferocem per se plebem criminando in primores ciuitatis instigabant: sed externus timor maximum concordiae uinculū quis

†suspectus

suspectus infensosque inter se iungebat animos. Id mō non conuēi
ebat quod senatus consulesque nusquā alibi spem q̄ in armis ponebāt.
plebs omnia q̄ bellum malebat. Spurius Nautius iam & Sextus
furius consules erant. Cos recensentes legiones praesidia per muros a
lia que in quibus stationes uigiliasq; esse placuerat: loca distribuen
tes, multitudo ingens pacem poscentium primū seditioso clamore
conterruit. deinde uocare senatum referre de legatis ad Lr. Marti
um mittendis coegit. Acceperunt relationem patres: post q̄ appari
it labare plebis animos. Missique ad Martium de pace oratores, a
nox responsum retulerunt. Si volscis ager redderetur posse agi de
pace. Si praeda belli per omnium frui uelint: memorem se & ciuīi in
iuriae & hospitum beneficij admixturum: ut apparaat exilio sibi irri
tatos non fractos animos esse. Iterū deinde idem missi non recipiū
tur in castra. Sacerdotes quoq; suis insignibus uelatos isse supplices
ad castra hostium traditum est: nihilo magis q̄ legatos flexisse a
nimos. Tum matronae ad Veturiam matrem Coriolani Volūni
amque uxorem frequentes coeunt. Id publicum consilium an mu
lebris timor fuerit: parum inuenio. Perueere certe. Vt & Veturia
magno natu mulier: & Volūnia duos paruos ex Martio ferens filios
secum in castra hostium irent: & quam armis suam urbem defendere
non possent: mulieres precibus lacrimisque defenderent. Vbi ad ca
stra uentum est nuntiatūque Coriolano est adesse ingens mulierū
agmen in primo: ut qui nec publica maiestate in legatis: nec in sacer
dotibus tanta effusa oculis animoque religione uictus esset &: multo
obstinatior aduersus lacrimas muliebres erat. Deinde familiarius
quidā: quo ob insignem moestitiam inter ceteras cognouerat Veturiā
inter nurum nepotesque stantem: nisi me frustrantur oculi inquit: mr
ibi coniunx & liberi adsunt. Coriolanus prope ut amens cōsternat
a sede sua: cum ferret matri obuiae complexum: mulier in iram ex
precibus uersa: sine prius q̄ complexum accipiam suam inquit ad
hostem an ad filium uenerim: captiua ne mater in castris tuis sim. In
hoc me longa uita & infelix senecta traxit: ut exulem te: deinde hostē
uiderem. Potuisti populare hanc terram: quae te genuit atque aluit.
Non ubi q̄uis infesto animo & minaci pueneras: ingredienti fines ira
cecidit. 'Non cum in conspectu roma fuit succurrit intra illa moeni
a domus ac penates mei sunt. mater. coniunx. liberique.' Ergo ego

nisi peperissem roma non oppugnaretur: nisi filium haberem libera in libera patria mortua essem. Sed ego nihil iam pati nec mihi miserius: q̄ ubi turpius possum. nec ut sim miserrima diu futura sum. De ijs uideris: quos si pergis aut imatura mors aut longa seruitus manet.

Vxor deinde ac liberi amplexi. fletusque ab omni turba mulierum ortus. Et complorato sui patriaeq; fregere tandem uirum. Cōplexus inde suos dimittit. & ipē retro ab urbe castra mouet. Abductis deinde legionibs ex agro romano in uicia rei oppressum periisse tradūt: alij alio loco. Apud fabium longe antiquissimū auctorem: usque ad senectutem uixisse eundem inuenio. Refert certe hanc saepe eum exacta aetate usurpasse uocem. Multo miserius seni exilium esse. Non inuiderunt laudes suas mulieribus uiri romani. adeo sine obtrectatione gloriae alienae uiuebatur. Monumento quoq; quod est &: templū fortunae muliebri aedificatum est dedicatūque. Redierē deīn volsci adiunctis equis in agrum romanum. Sed equi Actium Tullū haud ultra tulere ducem. Hinc ex certamine uolsci, equi ne imperatorē communcto exercitu darent: sedino: deinde atrox proelium ortum. Ibi + fortuna populi ro. duos hostium exercitus haud minus pernicioso: q̄ pertinaci certamine confecit. Consules T. Siccinius & L. Aquilius.

na hi quoq; in armis erant.

+ Siccinio volsci: Acquillio Hernici, prouincia euenit. Eo anno Hernici deuicti. cum volsci aequo marte discessum est. Sp. Cassius deinde & Proculus Virginius consules facti. Cum Hernicis foedus ictum: Agri partes duae ademptae. Inde dimidium Latinis: dimidū plebi diuisurus consul Cassius erat. Addiebat huic numero agri aliquantū: quē publicum possideri a priuatis criminabatur. Id multos quid patrū ipos possessores periculo rerum suarum terrebat. Sed & publica patribus solicitudo inerat: Largitione consulem periculosas libertati opes struē. Tum primum lex agraria promulgata est. nunq̄ deinde usque ad hanc memoriam sine magnis motibus rerum agitata. Consulum alter largitioni resistebat: auctoribs patribs: nec omni plebi aduersante: quae primo coeperat fastidire munus uulgatum a ciuibs esse in socios. Saepe deinde & Virginiū consulem in contionibs uelut uaticinantem audiebat: pestilens collegae munus esse. Agros illos seruitutem his qui acceperant latinos: regno uiam fieri. quid ita enim assumi socios & nomen Latinū: qd attinuisse Hernicis paulo ante hostibus: capti agri partem tertiā reddi: nisi, ut egentes pro Coriolano ducem Cassium hēant. popularis iam

esse dissuasor legis agrariae coeperat. Vterque deinde consul certatim plebi indulgere. Virginius dicere parturum se assignari agros: dum ne cui nisi ciui romano assignentur. Cassius qui in agraria largitione ambitiosus in socios. eoque ciuibus uilior erat: ut alio munere sibi conciliaret ciuium animos: iubere pro siculo frumento pecuniam acceptam retribui populo. Id uō haud secus q̄ praesentem mercedem regni aspernata plebs: adeo pp suspitionem insitam regni, uelut abundarent: oīa munera eius in animis hominum respuebantur. Quem, ubi primum magrātu abiit: damnatum necatūque constat. Sunt qui prēm auctorem eius supplinj ferunt: eum cognita domi causa, uerberasse ac necasse. peculiumq: filij cereri consecrauisse. Signū inde factum esse & inscriptum ex cassia familia datum. Inuenio apud quosdam: idq; propius est fidem: a quaestoribs Caesone Fabio & L. Valerio diem dictam perduellionis: damnatūque populi iudicio: diruta[s] publice aedes: stare antestitas aedem. Ceterū siue illud domesticum siue publicum fuit iudicū dānatus est. Seruio Cornelio Q. Fabio consulibs haud diuturna ira populi in Cassium fuit: dulcedo agrariae legis ipā per se dempto auctore subibat animos: accensaque ea cupiditas est, malignitate patrum: qui de uicis eo anno uolsci equiq; militem praeda fraudauere. Quicquid captum ex hostibs est uendidit fabius consul: ac redelegit in publicum. Inuisum erat fabium nomen plebi pp nouissimū consulem. Temere tn̄ patres: ut cum L. Emilio Caeso fabius consul crearetur. Eo infestior facta plebes. Sedino domestica bellum externum excitat. Bello deinde ciuiles discordiae intermissae. Vno animo patres ac plebs rebellantes uolscos & equos. duce Emilio prospera pugna uicere: plus tamē hostium fuga q̄ proelium assumpsit: adeo ptinaciter fusos insecuti sunt equites. Castoris aedes eodem anno idibus qntilibs dedicata ē. Vota erat Latino bello Postumio dictatore. Filius eius duūuir ad idipm creatus dedicauit. Solicitan & eo anno sunt dulcedine agrariae legis animi plebis. Tribuni plebis popularē potestatem legi populari celebrabant. Patres supque gratuiti furoris in multitudine credentes esse largitionis temeritatisque irritamenta horrebant: acerrimi patribs duces ad id resistendum consules fuere. Ea igitur pars rei p. uicit: nec in praesens mō: sed in uenientem & annū. M. Fabium Caesonis fratrem & magis inuisum alterq; plebi accusatione Spurij Cassij L. Valerium consules dedit. Certatum eo quoque anno cū

tribunif eſt. Vana lex uanique legiſ auctoreſ iactando irritū munuſ fach. Fabium inde nomen ingenſ poſt treſ continuoſ conſulatuſ: uno quoque uelut tenore omneſ experſoſ tribunitiſ certaminibo habitū. Itaque ut bene locatuſ manſit in ea familia aliq̄diu honoſ. Bellum inde ueientſ initum & volſci rebellarunt. Sed ad bella externa prope ſuperant uiteſ. Abutebanturque hiſ inter ſe & ipōſ certando. Acceſſere ad ægraſiam omniū menteſ prodigia celeſtia, prope cottidianaſ in urbe agriſque oſtentantia minaſ. Monque ira numinif, cauſam nullam aliam uateſ canebat: publice priuatīque: nunc extſ nunc per auſpicia: q̄ haud rite facta fierī. Qui terroreſ tm̄ eo euaſere: ut Oppia uirgo veſtalif damnata inceſti poenaſ dederit. Quintuſ Fabiuſ inde L. Tullius conſuleſ facti. Eo anno non ſegnior diſcordia domi & bellum foriſ atrociuſ fuit. Ab equiſ arma ſumpta veientef agrum quoq; romanoꝝ populanteſ ierunt. Quoꝝ bellorꝝ creſcē te cura Deſo Fabiuſ & Spuriuſ furiuſ conſuleſ fiunt. Ordonam latinam urbem equi oppugnabant. Veientef plenā populationū romam ipām ſe oppugnaturoſ minabantur. Qui terroreſ cum compeſcere deberent: auxere inſuper animoſ plebiſ. redibarque non tm̄ ſua ſponte plebi moſ detrectandi militiam: ſed Spuriuſ publiuſ Licinius trib. pl. ueniſſe tempuſ ratuſ, per ultimam neceſſitatem legiſ agrariæ patribuſ mungendæ: ſuſcepat rem militarem impediendam. Cæteꝝ tora mutdia tribunitiæ poteſtatiſ uerſa in auctorem eſt. Nec in eum conſuleſ actuſ. q̄ ipiuſ eiuſ collegæ coorti ſunt: auxilioque eorum delectum conſuleſ habent. Ad duo ſimul bella exercituſ ſcribitur. Ducendoſ Fabio in equoſ: in veientef ſumo datur. Et in veientibuſ quid nihil dignum memoria geſtum eſt. Fabio aliquantum pluſ negonj cum ciuibuſ: q̄ cum hoſtibuſ fuit. Vnuſ ille vir conſul ipſe rem p. ſuſtinuit: quam exercituſ odio conſuliſ quantū in ſe fuit, prodebat. Nam cum conſul præter ceteraſ impatoriaſ artef: quaſ parando gerendoq; plurimaſ edidit bello: ita inſtruxiſſe & atiē: ut ſolo equitatu emiſſo exercitum hoſtium fudera&: inſequi fuſoſ pedeſ noluit. Nec illoſ & ſi non abhortatio inuſi ducif: ſuum ſaltē flagitium & publicum in præſentia dedecuſ, & poſtmodū periculū: ſi animuſ hoſti rediſſet, cogere potuit gradum accelerare: aut ſi aliud nihil inſtare inſtructoſ: inuſſu ſigna referunt mœſtique crederef victoſ. Execrantef nunc impatorem: nunc natuatā ab eqte

operam, redeunt in castra. Nec huic tam pestilenti exemplo reme-
dia ulla ab imperatore quaesita sunt: adeo excellentibo ingenijs ciuius
desuerit ars: qua ciuem regant: q̄ qua hostem superent. Consul romā
redijt: non tam belli gloria aucta: q̄ irritato & acerbato: in se militu3
odio. Obtinuere tn̄ patres ut in fabia gente consulatus manera: M.
Fabium consulem creant. Fabio collega Cn. Manlius datur. Et hic
annus tribunū auctorem legis agrariae habuit. C. Pontificius fuit.
1 scandem uiam uelut processissa Spu. Licinius ingressus delectum
paulisper impedijt. Perturbauit uerum patribus Appius Claudius a
uictam tribunitiā potestatem dicere. Priore anno in praesentia rei
p. exemplo in perpetuum q̄n inuentum sit suis ipām uiribo dissol
ui. Neque. n. umq̄ defuturum: qui & ex collega uictoriam sibi &
gratiam melioris partis bono publico uelit quaesitam: & plures:
si pluribus opus sit tribunos ad auxilium consulum paros fore.
& unū uel aduersus omnes satis esse. Darent mō & consules: &
primores patrum opam: ut si minus omnes: aliquos tn̄ ex tribunis
rei.p. ac senatui conciliarent. Praecepit Appij monitu pres uniuersi
comiter ac benigne tribunos appellare. & consulares ut cuiq; prima
tim aliquid iuris aduersus singulos erat: partim gratia pū aucto
ritate obtinere: ut tribunitiae potestatis uires salubres uellēt rei.p.
al' notem esse: quatuorque tribunorz aduersus unum oratorem publici cō
modi auxilio delectum consules hnt. Inde ad ueiens bellū profe-
ctī: quo undique ex etruria auxilia cōuenerant: non tam ueie
tium gratia concitata: q̄ quod in spem uentum erat. discordia inte
stina dissolui rem romanam posse. Principesque in omnibo etrum
ac populorz concilijs fremebant: aeternas esse opes romanas nisi in
ter semet ipos seditionibus seruant. Id unum uenenum. eam labem
ciuitatibo opulentis repertam: ut magna imperia mortalia essent:
diu sustentatum id malum partim patrum consilijs partim patien
tia plebis. iam ad extrema uenisse duas ciuitates ex una factas: su
os cuique parti magistratus suas leges esse. Primū in delectibus ce
ssare solitos: eosdem in bello tn̄ parumper ducibo qualicūq; urbis
statu: manente disciplina militari sisti potuisse: iam non paredi
magratibo morem in castra quoque romanum militem sequi.
Proximo bello in ipā acie in ipō certamine/ consensu exercitus: tra
ditam ultro uictoriam. Vicini equus signa deserta imperatorem in

acie relictum. inuſſu in caſtra reditum. Profecto ſi inſtetur, ſuo mili-
ti uinci romam poſſe. Nihil aliud opus eſſe q̄ indici oſtendi bellū: cae-
tera ſua ſponte fata & deos geſturos. Hæc ſpes etruſcos armauit: mi-
tis inuicem caſibus uictos uictoresque. Conſules quoque romani ni-
hil præterea aliud: q̄ ſuas uires ſua arma horrebāt. Memoria peſſi-
mi proximo bello exempli terrebantur: ne rem cōmitterent eo: ubi
duæ ſimul acies mendæ eſſent. Itaque in caſtris ſe tenebant: tam
ancipiti periculo auerſi. diem tempuſque forſitan ipm lenituram .ran.
iræ: ſanitatēque animis allaturum. Veteres hoſtis etruſcique eo
magis præpropere agerere. Laceſſere ad pugnam primo obequitā-
do caſtris prouocandoque: poſtremo ut nihil mouebant: tam con-
ſules ipos q̄ exercitum increpando: ſimulatione inteſtinæ diſcordiæ
remedium timoris inuentum & conſules non magis confidere: q̄ nō
credere ſuis militibꝰ: nouum ſeditionis genus ſilentium otiumque
inter armatos. Ad hec in nouitatem generis originisq: qua falſa
qua uera iacere. Hæc cum ſub ipō uallo portisque ſtreperent: a
haud ægre conſules pati. At imperitæ multitudinis nūc indignatio
nunc pudor pectora uerſare: & ab inteſtinis auertere malis: nolle in
ultos hoſtes: nolle ſucceſſum non patribus non conſulibꝰ externa
& domeſtica odia certare in animis: tandem ſupant externa: adeo
ſupbe inſolenterque hoſtis eludebat. Frequentes in prætoriū cōueni-
unt. poſcunt pugnam. poſtulant ut ſignum detur. Conſules uelut de-
liberandi capita conferunt. diu colloquuntur. pugnare cupiebant: ſꝫ
retro reuocanda & addenda cupiditas erat: ut aduerſando remorā-
doque incitato ſemel militi adderent impetum. Redditur reſponſum
īmaturam rem agi. nondum tempus pugnæ eſſe. caſtris ſe tenerent.
Edicunt inde ut abſtineant pugna: ſi quis iniuſſu pugnauerit: ut in
hoſtes anīaduerſuros. Ita dimiſſos quo minus conſules uelle credunt
creſcit ardor pugnandi. Accedunt inſup hoſtes ferotius multo: ut ſta-
tuiſſe non pugnare conſules cognitum eſt. Quippe rati impune ſe inſul-
turos. non credi militi arma. rem ad ultimū ſeditionis eruptura: finē
que ueniſſe romano imperio. His freti occurſant portis. ingerūt pro
bra. ægre abſtinent: quin caſtra oppugnent. Enīuero non ultra contu-
meliam pati romanus poſſe. Totis caſtris undique ad conſules curritur
non tam ſenſim ut ante per centuriones conſules poſtulant: ſed paſſim
omnes clamoribus agunt. Munira reſerat: terquerſatur in fabris.

Deinde adcrescentem tumultum iam metu seditionis collega concedēte cum silentium classico fecissē. Ego istos Th Manili posse uincere scio. uelle nescire ipsi fecerunt. Ita certum atque decretum est non dare signū nisi uictores se redituros ex hac pugna iurent. Consulem romanū mi - les semel in acie fefellit: deos nunquā fallā. Centurio erat M. Flauo leius inter primores pugnæ flagitator. Victor inquit M. fabi reuertar ex acie: si fallar iouem patrem/ gradiuūque martem/ alios q; iuratos inuocat deos. Idem deinde omnis exercitus inse quisque iurat. Iu - ratis datur signum. Arma capiunt. Eunt in pugnam: irarq; speq; pleni. Nunc iubent etruscos probra iacere: nunc armatis sibi quisq; lin - qua promptum hostem offerri. Omīum illo die qua plebis qua patrum eximia uirtus fuit. Fabium nomen fabia gens maxīe enituit multis ciuilib; certaminib; infensos plebis aīos illa pugna sibi reconcilia - re statuunt. Instruitur acies: nec uerens hostis etruscaeque legiones detrectant. Prope certa spes erat non magis secum pugnaturos: q̄ pugna uerint cum equis. Manus quoque aliquod intam irritatis animis & occasione ancipiti haud desperandum esse faciunt. Res longe aliter euenit. Nam non alio ante bello infestior romanus: adeo hinc contumelijs hostes: hinc consules mora exacerbauerant animos: proelium miuunt. Vix explicandi ordinis spatium etruscis fuit: cum pilis inter primam trepidationem abiectis temere magis q̄ emissis: pugna iam in manus iam ad gladios ubi mars est atrocissimus uenerat. Inter primores genus fabium insigne spectaculo exemploque ciuibus erat. Ex his Q. fabiū tertio hic anno ante consul fuerat; principem in confertos uentes euntē ferox uiribus & armorum arte: tuscus incautum inter multas uersantem hostium manus gladio per pectus transfigit. Telo extracto praeceps fabius in uulnus abiit. Sensit utraque acies unius uiri casum. Cedebatque inde romanus. Tum M. fabius consul transilijt corpus iacentis: obiectaque parma hoc iurastis inquit milites fugientes uos in castra redituros? Adeo ignauissimos hostes magis timetis q̄ iouem martemque per quos iurastis? At ego iniuratus aut uictor reuertar: aut prope te hic Q. Fabi dimicans cadam. Consuli tum Cauus fabius prioris anni consul: uerbis ne istis frater ut pugnent te impetraturum credis? dij impetrabunt per quos iuratuere: & nos ut dece: proceres: ut fabio nomine est dignū: pugnādo potius q̄ adhortando accendamus militū animos. Sic in primū infensis hastis prouolant duo fabij: totamque

mouerunt secum atiem. Proelio ex parte una restituto: nihilo segnius in cornu altero Cn. Manlius consul pugnam ciebat: ubi prope similis fortuna est uersata. Nam ut altero in cornu Q. fabium: sic in hoc ipso consulem Manlium tam uelut fusos agentem hostes; & impigre miluos secum sunt. & ut ille grauu uulnere ictus ex acie cessit: ceteri interfecti gradum retulere. Cessissentque loco: ni consul alter cum aliquot turmis equitum in eam partem citato equo adductus uincere clamitans collegam: se uictorem fuso altero cornu adesse: rem inclinatā sustinuisset. Manlius quoque ad restituendam atiem se ipe coram offert. Duorum consulum cognita ora: accendunt militum animos. Simul & uanior iam erat hostium aties: dum abundante multitudine freti: subducta subsidia mittunt ad castra oppugnanda. In quae haud magno certamine: impetu facto: dum prede magis q̄ pugne memores retrorsum tempus: triarij romani qui primam irruptionem sustinere non potuerant: missis ad consules nuntijs: quo loco res essent significant: conglobati ad prætorium redeunt: & sua sponte ipi prelium renouant. Et Manlius consul reuectus in castra ad omnes portas milite oppositio hostibus uiā clauserat. Ea desperato tuscis rabiem magis: q̄ audatiam accendit. Nam cum incursantes quacunque exitum ostenderent: ipsi; uano aliquotiens impetu issent: globus iuuentum unus in ipm consulem insignem armis iuadit. Prima accepta a circumstantibus tela: sustinere deinde uix nequit: demum consul mortifero uulnere ictus cadit: fusique circa oes. Tuscis ceteat audatia: romanos terror trepidos per tota castra agit. Et ad extrema uentum foret: ni legati rapto consulis corpore: patefecissent una porta hostibus uiam. Ea erumpunt: consternatoq; agmine abeuntes in uictorem alterum incidunt consulem. Ibi uero cesi fusique passim. Victoria egregia parta: tristis tn redijt consul duobus tam claris funeribus.

Itaque consuli decernente senatu triumphum si exercitus sine impatore triumphare possit: pro eximia belli opera facile passurum: respondit se familia funesta Q. fabij fratris morte re p. exp te orbata: consule altero amisso publico priuatoque luctu deformem; lauta non acceptury.

Omni acto triumpho depositus triumphus clamor fuit: adeo spreta in tempore gloria interdum cumulatior redit. Funera dem duo collegae fratisque ducit. Idem in utroque laudatur cum concedendo illis suas laudes ipse maximam earum partem ferret. Neque immemor eius quod in uno consulatus imbiberat: reconciliandi animos plebis: fautos milites

curandoſ diuidit, patribꝰ: fabiſ plurimi dant. nec alibi maiore cura hīt.
Inde populareſ iam eſſe fabij: nec hoc ulla alia de re niſi ſalubri rei.p. ptē.
Ergo non parum magiſ: q̄ plebiſ ſtudijſ Eſo fabiuſ: cum T. Virginio cō
ſul factuſ. neque bella: neque delectuſ: neque ullam aliam priorem curā
agere: q̄ ut iam aliqua ex parte inchoata concordiæ ſpe: primo quoq; tpr
cum patribꝰ coaleſcerent animi plebiſ. Itaque principio anni cenſum priuſ
q̄ quiſque agrariæ legiſ auctor tribunuſ exiſterēt: occupent patreſ ipi ſibi
munuſ facere: captiuum agrum plebi q̄ maxime æqualiter darent. æquū
eſſe hīe eoſ: quorꝫ ſanguine ac ſudore partuſ ſit. Aſpernati patreſ ſunt.
queſti quoque quidā: nimia gloria luxuriare & euaneſcere uulgū q̄n
dum illud Eſonij ingenium. Nullæ deinde urbanæ factioneſ fuere. Vex
abantur incurſionibꝰ equorꝫ latini. Eo cum exercitu Eſo miſſuſ: i ipō
rum equorꝫ agrum depopulabundum tranſit. Equi ſe in oppida retrepe
runt: muriſque ſe tenebant. Eo nulla pugna memorabilis fuit. At a ueie
te hoſte cladeſ accepta: temeritate alterius conſulis: actuq; de exercitu
forā: ni Eſo fabiuſ in tpr ſubſidio uenifſet. Ex eo tpr neque pax neque
bellum cum ueientibꝰ fuit. Reſ proxime in formam latrocinij uenerat: le
gionibꝰ romanis cedebant. In urbem ubi adducta ſententia legioneſ agſ
incurſabant: bellum quiete: quietem bello muniem claudiebat. Ita neque
otium tota reſ: nec perfici poterat. Et alia bella aut præſentia ſtabant
aut ab equis uolſciſque non diutius q̄ recens dolor proximæ cladis tranſi
ret quieſcentibꝰ aut mox moturoſ ſe apparebat. Fabioſ ſemp infeſtoſ: e
tiamq; omnem. Sed ueienſ hoſtis aſſiduus magiſ q̄ grauis continue
bis ſepius q̄ periculo animoſ agitabat. quod nullo tempore aut neglī
gi poterat: aut auerti alio ſinebat. Tum fabia genſ ſenatum adijt. Cō
ſul pro ea gente loquitur. Aſſiduo magiſ q̄ magno prædio uicinis pref
conſcripti bellum Veienſ æqat. Vos alia bella curate. Fabioſ hoſtes uicti
tibus date. Auctoreſ ſumus tutam ibi maieſtatem romanā noīs fore:
Nīn id nobis fore uidetur familiare bellum: priuato ſumptu gerere in ani
mo eſt. Reſp. & milite illic & pecunia uacat. Gratiæ ingentes actæ.
Conſul e curia egreſſus comitante fabiorꝫ agmine: qui in ueſtibulo cu
riæ ſenatus conſultum expectantes ſteterant: domum rediit. Iuſſi ar
mati poſtero die ad limen conſulis adeſſe: domuſ inde diſcedunt. Ma
nat tota urbe rumor. Fabioſ ad celum laudibꝰ ferunt: familiā unam
ſubiſſe ciuitatis onus. Veienſ bellum in priuatam curam in priuata ar
ma uertiſſe. ſi ſint duæ roboris eiuſdem in urbe gentes: depoſcat hæc

uolscos sibi: illa equos: populo ro. tranquillam pacem agente: omnis fini
timos populos subigi posse. Fabij postera die arma capiunt: quo iussi e
rant conuenuunt. Consul paludatus egrediens: in uestibulo gentē omnē
suam instructo agmine uidet. Acceptus in medium signa ferri iubet: Nū
q̄ exercitus neque minor numero: neque clarior fama & admiratiōe
hominum per urbem incessit. Sex & tricenti milites omnes patricij: oīs
unius gentis: quor neminem ducem sperneret. egregius quibus liba cē
soribus senatus: ibant unius familiae uiribus: ueienti populo pestē mi
nitantes. Sequebatur turba propria: alia cognatorū sodaliūque: nihil
medium nec spem nec curam: sed īmensa omnia animo uoluentiū: alia
publica solicitudine excitata fauore & admiratione stupens: ire fortes:
ire felices iubent: inceptis euentus pares reddere. Consulatus inde ac
triumphos omnia premia abse: omnes honores sperare. Praetereūnt
capitolium arcemque & alia templa quicqd deorum oculis quicquid
animo occurrit precantur: ut illud agmen faustum atque felix mittāt:
sospites breui in patriam ad parentes restituant. Incassum missae p̄ces
infelici tua dextro Iano portae carmentalis profecti ad cremeram flum̄
perueniunt. Idoneum inde locum castris deligunt. Et quoniam nihil aliud
in populanoī
bus dies finit: in occasu praesidium mō tutandum fabij satis erant: sed cora
ingressi qua tuscos romano adiacet: sua tuta omnia infesta hostium ua
gantes per quam quietem fecere. Interea illum deinde laudi magnus
populationibus fructus: & ueientes accito ex etrusca exercitu praesi
dium cremerae oppugnat: & romanae legiones a L. Aemilio consule ad
ductae commus cum etruscis dimicant ante: q̄q̄ uix dirigendi aciem
spatium ueientibus fuit: adeo inter primam trepidationē dum post
signa ordines introeunt: subsidiaque locant: inuecta subito a latere
romanorū equitū ala non pugnae mō incipiendae: sed consistendi ade
mit locum. Ita fusi retro ad saxa rubra: ubi castra habebant: pacem
supplices petunt. Cuius impetratae ab insita animis leuitate ante decre
tum cremera romanum praesidium poenituit. Rursus cum fabius
erat ueienti populo sine ullo maioris belli apparatu certamen. Nec erāt
incursiones mō in agros: aut subiti impetus incursantium: sed aliquē
aequo campo collatisque signis certatum. Gensque una populi ro. sae
pe ex opulentissima: ut tum res erant: etrusca ciuitate uictoriā tulit.
Id primum acerbum indignūque ueientibus uisum. Inde consiliū ex re

natum insidijs ferocem hostem captandi. Gaudere multo successu fabijs audatiam crescere. Itaque pecora prædantibus aliquotiens uelut casu incidissent obuiam acta. & agrestium fuga uasti relicti agri. & subsidia armatorum ad arcendas populationes missa. sæpius simulato q̄ uero pauore defugerunt. Iamque fabij adeo contempserant hostem: ut sua inuicta arma neque loco neque tempore ullo crederent sustineri posse. Hæc spes prouexit: ut ad conspecta procul a cremera magno campi interuallo pecora: q̄q̄ rara hostium apparebant arma decurrerent. & cum improuidi effuso cursu insidias circa ipm̄ iter locatas superassent palamq; uaga (passim) ut fit pauore iniecto raperent pecora. subito ex insidijs consurgitur. & aduersi & undique hostes erant: primo clamor sublatus exterruit: deinde tela ab omni parte accedebant. Coeuntibq; que etruscas tam contenti agmine armatorum septi quo magis se in hostis inferebat cogebantur breuiori spatio. & ipi orbem colligere: quę res paucitatem eorz insignem. & multitudinem etruscorz multiplicatis in arcto ordinibz faciebat. Tum obmissa pugna: quā in omnes partes parem intenderant in unum locum omnes se inclinant. Eo que nixi corporibz armisque rupere cuneo uiam. Duxit uia in editum leuiter collem. Inde primo restitere. Mox ut respirandi superior locus spatium dedit: recipiendique a pauore tanto animū (sir) populatores erant. & uelut ab

aciam subeuntes. Vincebatque auxilio loci paucitas: nisi iugo circummissus ueiens in uerticem collis euasisset. Ita supior rursus hostis factus. Fabij cæsi ad unum omnes: præsidiūque expugnatum. ccc. sex periisse satis conuenit. Vnum prope puberem aetate relictum: stirpem genti fabiae: dubijsque rebus populo romano sæpe domi bellique uel maximū futurum auxilium. Cum hæc accepta cladis essent: iam L. Oratius & T. Menenius consules erant. Menenius aduersus rusticos uictoria elatos confestim misit. Tum quoque male pugnatum est. & iam culum hostes occupauere. Obsessaque urbs foret: super bellum āno na premente (transierant. H. etrusci tyberim) ni oratius consul ex uolscis essa: reuocatus: adeo id bellum instruit mœnibz: ut primo pugnatum ad ædem spei æquo marte: iterz ad portam collinam. Hic q̄q̄ paruo momento superior romana res fuit: meliorem tm̄ militē recepto pristino animo in futura prœlia id certamen fecit. A. Virginius & P. Seruilius consules fiunt: post acceptam proximæ pugnæ cladem ueientes abstinuere acie: populationes erant. & uelut ab

arce ianiculi passim in romanum agrum impetus dabant. Non usq; pe-
cora tuta / non agrestes erant. Capti deinde eadem arte sunt: qua cepe-
rant fabios. Secuti dedita opa passim ad illecebras propulsa pectora pre
ceperunt in insidias. Quo plures erant maior cædes fuit. Ex hac clade
atrox ira maioris cladis cā atque inimum fuit. Traiecto .n. nocte tybe-
ri castra Seruilij consulis adorti sunt oppugnare. Inde fusi magna
cæde in ianiculum se ægre recepere. Confestim consul &: ipē transit
tyberim: castra sub ianiculo munit: postero die luce orta non nihil
& externa felicitate pugnæ ferox/magis cm quod inopia frumenti
quæuis præcipita: dum celeriora essent: agebat consilia: temere ad
uersa ianiculo ad castra hostium atrem erexit. Fœdiusque inde pul-
sus: q̄ pridie pepulerat. Interuentu collegæ ipē exercitusque est ferua-
tus. Inter duas aues erruptu: cum intricem his atque illis tenga darēt
occidione occisi. Ita oppressum temeritate felici ueiens bellum. Vrbi
cum pace laxior & am annona rediit. & aduecto ex campania frum-
to. & post-q̄ timor sibi cuique futuræ inopiæ abiit: eo quod abditum
fuerat prolato. Ex copia deinde otioque lasciuire rursus animi:
& prisina mala post-q̄ foris deerant domi quærere. Tribuni plebē
agitare suo ueneno agraria lege. Inresistentes minare patres: nec in
in uniuersos mō: sed in singulos. Q. Fonsidius & L. Genucius auctо-
res agrariæ legis: T. Menenio diem dicunt. Inuidiæ erat amissū cre-
meræ præsidium: cum haud procul inde statua consul humi &. Eum
oppressernnt. Cum & patres haud minus q̄ pro Fonsolano annixi
essent: & prīs Agrippæ fauor haud dudum exoleuisset: in mulcta rēpa
runt tribum. Cum capitis ante quæsissent duo milia æris damnato
mulctam edixerunt: ea in caput uenit. Negant tulisse ignominiam
ægritudinemque: inde morbo assumptū esse. Alius deinde reus Sp.
Seruilius ut consulatu abiit L. Marcio & P. Valerio consulibo Initio
statim anni ab L. Cecidio & T. Stano tribunis die dicta: non ut Mene
nio precibo suis aut patrum: sed cum fiducia multa innocentiæ grāe
que tribuniticos impetus tulit. Et hunc præcium cum tussis ad ianiculū
erat crimini. Sed feruidi animi uir ut in publico ante periculo: sic
tum in suo: non tribunos mō: sed plebem orōne feroci refutando expro
bandoque. T. Menenij damnationem mortemque: cuius prīs munē
restituta quondam plebs eos ipos quibus tum sæuira: magistratus
eas leges hīt: periculum audatia discussit. Iunii & Virginius colle

ga tesſ produchuſ participando laudeſ magiſtī Menenianum adeo
mutauerant animum profuit iudicium. Certamine domi finito: ue
ienſ bellum exortum: quibꝫ ſabini arma coniunxerant: P. Valeriuſ cō
ſul accuſ latinorum hernicorꝫque auxiliiſ: cum exercitu ueioſ miſſuſ:
caſtra ſabina: quae pro moenibꝫ ſociorum locata erant: confeſtim ag
greditur. tantāque trepidationem iniecit: ut diſpſiſ aliiſ: aliiſ mani
pulatim excurrentibꝫ ad arcendum hoſtium vim ea porta cui ſignū
primū intulerat capitur. Intra uallum deinde cedeſ magiſq; proe
lium eſſe. Tumultuſ e caſtriſ in urbem penetrat. Tamq; ueiſ captiſ: ita
pauidi uicentes ad arma currunt. Parſ ſabiniſ eunt ſubſidio: parſ ro
manoſ toto impetu intentoſ in caſtra adoriuntur. Pauliſper auerſi tur
banque ſunt. Deinde & ipi utroque uerſiſ ſigniſ reſiſtunt: & equeſ ab
conſule īmiſſuſ tuſcoſ fundit fugatque. Eadem hora duo exercituſ du
æ potentiſſimæ & finitimæ gentes ſupatæ ſunt. Dum hæc ad ueioſ ge
runtur: uolſci equiq; in latino agro poſuerant caſtra: populatiq;
fineſ erant. Eoſ per ſe ipſi latini aſſumptiſ hernicis ſine romano aut du
ce aut auxilio caſtriſ exuerunt. Ingenti præda præter ſuaſ recuperataſ
reſ potiti ſunt. Miſſuſ īa roma conſul in uolſcoſ T. Marciuſ. Moſ cre
do non placebat ſine romano duce exercituq; ſociſ propriſ uiribuſ
conſiliiſque bella gererere. Nullum genuſ calamitatiſ contumeliæque
non edituſ in uolſcoſ eſt: nec īm pelli potuere: ut acie dimicarent. Tan
uſ furiuſ inde & T. Manliuſ conſuleſ facti. Manlio uicentes pro
uincia euenit. non īm bellatum. Indutiæ in annoſ. xl. petentibꝫ datæ.
frumento ſtipendioq; impato. Pacē externæ confeſtim continuat
diſcordia. domi agrariæ legiſ tribunitiiſ ſtimuliſ plebſ furebat. Con
ſuleſ nihil menenii damnatione: nihil periculo deterriti Seruiliſ ſti
ma ui reſiſtunt. Abeuntiſ magiſtratu conſuleſ Genuciuſ tribuniſ pl.
arripuit. L. Emiliuſ & opiter Virginiuſ conſulatum ineunt. Opi
ſcum Iulium pro uirginio in quibuſdā annalibuſ conſulē inuenio.
Hoc anno quoſcunq; conſuleſ hūc reſp. populum furiuſ & Manliꝰ
circūcunt. ſordidatiq; non patreſ magiſq; iuniores patrum ſuadēt
monent: ut ab honoribꝫ & ab miniſtratione reſp. abſtineant. Con
ſulareſ uō faſceſ prætextam currulemque ſellam: nihil aliud q̄ pō
pam fuereſ putent. datiſ inſignibꝫ uelut inſuliſ uelatoſ ad mor
tem deſtinatoſ. Quod ſi conſulatuſ tanta dulcedo ſit: iam nūc
ita in animum inducant. conſulatum captum & oppreſſū a tri-

bunina poteſtate eſſe: conſuli uelut apparitori tribunitio omnia ad nu
tum imperiumque tribuni agenda eſſe. Si ſe cōmouerit: ſi reſpexerit pa
treſ: ſi aliud q̄ plebem eſſe in re.p. crediderit: exilium Ex. Marij:
Menenij damnationem & mortem ſibi proponant ante oculoſ. His
accenſi uocibꝰ patreſ conſilia inde non publica: ſed in priuato ſedu
ctaque a plium conſcientia hr̄e: ubi cum id mō conſtarēt: iure an
iniuria eripiendoſ eſſe reoſ: atrociſſima quæque maxīe placebat
ſententia. Nec auctor q̄uiſ audaci facinori deerat. Igitur iudicij
die: cum plebſ in foro erecta expectatione ſtarēt: mirari primo: qd
ſuſ
non deſcenderēt tribunuſ. Deinde cum iam mora expectatior fierēt:
deteritum a primoribꝰ credere: & deſertam ac proditam cauſam pu
blicam queri. Tandem qui obuerſati ueſtibulo tribuni fuerant:
nuntiant domi mortuum eſſe inuentum. Quod ubi toram conci
onem pertulit rumor: ſicut acieſ confunditur duce occiſo: ita di
lapſi paſſim alij alio: præcipuuſ pauor tribunoſ inuaſerat: quod
nihil auxilij ſacratæ legeſ hr̄ent morte collegæ monitoſ. Nec p̄eſ
ſatiſ moderate ferre lentiam: adeoque neminem noxæ pœnitebat:
ut etiam inſonteſ feciſſe uideri uellent: palāque ferrent malo do
mandam tribuniciā poteſtatem. Sub hac peſſimi exempli uictoria
delectuſ edicitur: pauennbuſq; tribunis: ſine interceſſione ulla:
conſuleſ rem peraguntꝫ. Tum uō iraſci plebſ tribunorꝫ magiſ ſilen
tio: q̄ conſulum imperio: & dicere actum eſſe de libertate ſua. Rur
ſuſ ad antiqua reditum: cum Genutio una mortuam ac ſepultam
tribuniciam poteſtatem: aliud agendum ac cogitandum quo mō re
ſiſtatur patribꝰ. Id aut̄ unum conſilium eſſe: ut ſe ipā plebſ q̄n ni
hil aliud auxilij hēat defendat. Quatuor & uiginti lictoreſ appa
rere conſulibꝰ & eoſ ipōſ plebiſ homineſ: nihil contemptiuſ neq; in
firmiuſ: ſi ſint qui contemnant. Sibi quemq; ea magna atq; hor
renda facere. His uocibuſ alij alioſ cum incitaſſent: ad Volerone
publium de plebe homine: quia quod ordineſ duxiſſent: negare ſe
militem fieri debere: lictor miſſuſ eſt a conſulibꝰ. Volero appellat
tribunoſ. Cum auxilio nemo eſſet: conſuleſ ſpoliari hominem &
uirgaſ expediri iubent. Prouoco inquit ad populū Volero: q̄m tri
buni ciuem romanū in conſpectu ſuo uirgiſ cædi malunt: q̄ ipi in
lecto ſuo a uobiſ trucidari: quo ferociuſ clamitabat: eo infeſtiuſ
circumſcindere & ſpoliare lictor. Tum Volero & prævalenſ ipſe

& aduocantibus aduocatis repulso lictore: ubi indignantiū pro se acerrimus erat clamor: eo se in turbam confertissimam recipit: clamitans: prouoco & fidem plebis imploro. adeste ciues. adeste commilitones. nihil est quod expectetis tribunos. quibus ipsis nro auxilio opus est. Concitati homines uelut ad proelium se expediūt: appa rebat que omne discrimen adesse. nihil cuique sanctum non pu ri fore non priuati uiris. Huic tante tempestati cum se consules obtu lissent: facile experti sunt parum tutam maiestatem sine uiribus esse. Violatis lictoribus: fascibus fractis e foro in curiā cōpelluntur. incerti quatenus Volero exercerā victoriam. Conticescente dein tumultu cum senatum uocari iussissent: queruntur iniurias sibi uim plebis & Voleronis audaciam. Multis ferociter dictis suis: uicere seniores: quibus ira patrum aduersus temeritatem plebis certare non placuit. Voleronem amplexa fauore plebs: proximis comitiis tribunum plebi creat. In eum annū q̄ lucius primarium p. fu rium consules habuit: contra omnium opinionem: qui eum uexā dis prioris anni consulibus admissurum tribunatū credebant: p ost publicam causam priuato dolore habito: ne uerbo quidē uiolatis consulibo rogationem tulit ad populum. ut plebei magistratus tribuni tis comitiis fierent. Haud parua res sub titulo prima spe minime atroci ferebatur: sed quæ patritijs omnem potestatem per clientium suffragia creandi quos uellent tribunos auferret. Huic actioni gra tissimę plebi cum sūma ui resisterent prēs: neque una uis ad resistē dum erat: neque ut intercederet: aliquis ex collegio auctoritate aut consulum aut principum adduci posset. Res tn̄ suo ipō molimīe gra uis certaminibus in annum extrahitur. plebs Voleronem tribunum reficit. Patres ad ultimū dimicationis rati rem uenturam Appiū clau dium Appij claudij filium iam inde a paternis certaminibus inuisum infestumque plebi consulem faciunt. Collega ei t. quīnius datur. Prīcipio statim anni nihil prius q̄ de lege agebatur. Sed ut inuentor legis Volero: sic Lectorius collega eius auctor: tum recentior tum acrior erat. Ferocem faciebat belli gloria ingens: quod aetatis eius aut quisq̄ manu promptior erat. Is cum Volero nihil preterq̄ de lege loqueretur infectatione abstinens consulum: ipē in accusationem Appij familiaeq: superbissime ac crudelissime in plebem romanam exorsus. Cum a principibus non consulem sed carnificem ad uexandā & lacerandā plebē

creatum esse contenderat. Rudis in militari homine lingua non suppetebat libertati animoque. Itaque desinente oratione qñ quidem nō facile loquor inquit quirites. q̄ quod locutus sum peto crastino die adeste. Ego hic aut in conspectu tuo moriar aut perferam legem. Occupant tribunum templum. Postero die consules nobilitasque ad impediendam legem in contione consistunt. Sūmouēri lictorius tuba: praeter q̄ qui suffragium ineant. Adolescentes stabant nihil cedentes uatori. Tum ex his primi quosdam lictorius tubae. Consul appius negabat ius esse tribuno in quenquā nisi in plebeium. non a populi sed plebis eum magistratu esse. Nec illum ipm̄ sūmouere pro imperio posse more maiorū: quia ita dicat si uobis uidetur. discedite quirites. facile a contemptu de iure dissēdo perturbare lictorium poterat. Ardens igitur ira tribunus uatorē mittit ad consulem. Consul lictorem ad tribunum: priuatum esse clamitans sine imperio sine magratu. Violatusque essa tribunus: ni a cōtio omnis atrox coorta pro tribuno in consulem esset. A concursus hominum in forum ex tota urbe concitate multitudinis fiera. Sustinebat tñ Appius pertinacia tantam tempestatem. Certatū que haud ictu ento proelio foret. ni Quintius consul alter: consularibo negotio dato ut collegam ui si sequentem precibo lenira: nunc orara tribunos: ut concilium dimitterent: darent ire spatium. non uim suam illis tepus adempturum. sed consilium uiribus additurum. & patres in populi & consulem in patrum fore potestate. Aegre sedata ab Quintio plebs: multo aegrius consul alter a patribus. Dimisso tandem concilio plebis senatum consules habent: ubi cum timor atque ira mutuam sententias uariassent: quo magis spatio interposito ab impetu ad consultandum auocabantur: eo plus abhorrebant a certatione animi adeo: ut Quintio gratias agerent: quod eius opa mitigata discordia essa. Ab Appio petitur ut tantam consularem maiestatem uelit esse: quantam esse in concordi ciuitate possa: dum tribuni consulesque ad se quisque omnia trahant nihil relictum esse uirium in medio: distractam lacerataque rem. p. magis quoz in manu sit: q̄ ut incolumis sit quiri. Appius contra testari deos atque homines rem. p. prodi per metum ac deseri. nō consules senatu: sed senatum consuli deesse: grauiores accipi leges: q̄ in tacto mōte acceptae sunt. Victus tñ patrum consensu queunt. Lex silentio pfert. tñ primum tribunicius comitis creati sunt tribuni. numero & addito. Tres perinde: ac duo antea fuerunt: piso auctor est. Nominat quoque

a. aliter non possent de foro abducerent: pē nunc plebem

tribunos Cn. Siccium. L. Numitorium. M. Duellium. Sp. Icilium. L. Melicium. Ex senatus consulto bellum indictum contra volscum equū que: qui inter seditionem romanam & bellum coortum nastauerant agros: ut si qua secessio plebis fieret ad se receptum bret. Composito deinde reb castra retro mouere. Appius Claudius in volscos missus. quī no equi prouincia euenit. Eadem in militia seruia Appij quae domi esse. eo liberior: quod sine tribunitijs uinculis erat. odisse plebem plus q̄ paterno odio: quod se uictum ab ea uidebat. se unico consule electo aduersus tribuniciam potestatem perlatam legem esse: quā minore cona tu nequaq̄ tanta patrum spe priores impedierunt consules. Haec ira in dignatioq; ferocem animū adiuexandum seuo impio exercitū stimula bat: nec ulla ui domare poterat: tm certamen animis imbiberat. segni ter. ociose. negligenter. contumaciter. omnia exercitus coepit agere: nec pudor nec metus coercebat. Si citus agi uellet: agmen tardius se dulo incedere. Si adhortator operis adesset: omnem sua sponte morā remittere industriam. Praesenti uultus demittere. Tacite praetereuntē execrari: ut inuictus ille odio plebeio animus interdum moueretur. oī nequicq̄ acerbitate mora: nihil iam cum militibo agere: a centurionibus corruptum exercitum dicere. Tribunos plebeios catillans murdu & uolerones uocare. Nihil eorum volsci nesciebant. instabantq; eo magis sperantes idem certamen animorū aduersus Appium hīnrū exercitum romanum: quod aduersus fabium consulem habuissent. Ceterū multo uolentior Appio q̄ fabio fuit. Non. n. uincere tm noluit: ut fabianus exercitus: sed uinci noluit. Productus in aciem turpi fuga petit castra. Nec ante restitit: q̄ signa inferentem volscum mum mentis uidit: foedamque extremi agminis caedem. Tum expressa uis ad pugnandum: ut uictor a uallo summoueretur hostis: sati tm appa rera: capi tm castra militem romanum noluisse: alij gaudere sua cla de atque ignominia. Quibus nihil infractus ferox Appij animus: cū insup sequire uellet: contionemq; aduocaret: concurrunt ad eum le gati tribunique monentes: ne unique experiri uellet: impium: cuius uis omnis in consensu obedientium esset: negare uulgo milites se ad contionē uocari passimque exaudiri uoces postulantium: ut castra ex volsco agro moueantur. hostem uictorem paulo ante prope i por tis ac uallo fuisse: ingentisq; mali non suspitionem mō: sed apertam spem obuersari ante oculos. Victus tandē q̄quidē nihil praeter

tempuſ rixæ lucrarentur: remiſſa contione: iter in ſequentem diem
pronunciari cum iuſſiſſæt: prima luce claſſico ſignum profectionis de
dit. Cum maxime agmen e caſtris explicaretur: uolſci ut eodē ſigno excī
tati nouiſſimos adoriuntur. A quibꝰ perlatus ad primos tumultu ſeo pa
uore ſignaque & ordines turbauit: ut neque impia exaudiri: neque
inſtrui acies poſſæt: nemo ullius niſi fugæ memor. Ita effuſo agmine p
ſtragem corporum armorūque euaſere: ut priuſ hoſtis deſiſteret ſequi
q̄ romanus fugere. Tandem collectis ex diſſipato curſu militibꝰ cōſul
cum reuocando nequicq̄ ſuos perſecutos eſſæt: in pacato agro caſtra
poſuit. Aduocataque contione: iniectus haud falſo in proditorem
exercitum militaris diſciplinæ deſertorem ſignorꝫ ubi ſigna ubi ar
ma eſſent ſingulos rogitans inermes milites ſigno amiſſo ſigniferos:
Ad hæc centuriones duplicariosque: qui reliquerant ordines uirgis
cæſos ſecuri percuſſit. Cetera multitudo ſorte decimus quiſque ad ſup
plicium lecti. Contra ea in equis inter conſulem ac militem comitate
ac benefitijſ certatum eſt. Et natura Quintius erat lenior: & ſæuitia in
felicis collegæ: quo is magis gauderet ingenio ſuo efferebat. Huic tanta
concordiæ ducis exercitusque non ausi efferre ſe equi: uagari popula
bundum hoſtem per agros paſſi. Nec ullo ante bello latius inde acte
prædæ. omnis militi data eſt. Addebantur & laudes: quibꝰ haud mi
nus q̄ præmio gaudent militum animi. Tum duci cum pp ducem pa
tribꝰ quoque placatior exercitus redit: ſibi parentem: alteri exercitu
dominum datum abſentatu memorans. Varia fortuna belli atroci
diſcordia domi foriſque: annum exactum inſignem maxime comi
tia tribunicia efficiunt. Res maior uictoria ſuſcepti certaminis q̄ uſu.
pluſa. dignitans comitijſ ipīſ detractum eſt patribꝰ: ex concilio ſub
mouendo: q̄ uirium aut plebi additum eſt: aut demptū patribuſ.
Turbulentior inde annus eſſe cœpit. L. Valerio L. Æmilio conſulibuſ:
tum pp certamina ordinum de lege agraria: tum pp iudicium Appij
Claudij. Cui acerrimo aduerſario legis: cauſāque poſſeſſorꝫ publici
agri tanq̄ tertio conſuli ſuſtinenti. M. Duilius & L. Siccius die dixē.
Nunq̄ ante tam inuiſus plebi reus ad iudicium uocatus populi eſt. ple
nus ſuarum plenus paternarꝫ iniarum. patres quoque non temere
pro ullo æque annixi ſunt: propugnatorem ſenatus maieſtatisque
uindicem ſuæ: ad oīs tribunos plebeios oppoſitū tumultus modum
dum taxat in certamine egreſſum: iratæ obiici plebi. Vnus e patribꝰ

ipē Appius Claudius: & tribunos & plebem & suum iudicium pro nihilo
hēbat. Illum non minæ plebis: non senatus preces perpellere unq̄ potuere:
non mō ut uestem mutaret: aut supplex prensaret homines: sed ne ut ex
consueta quid̄ asperitate orationis cum ad populum agenda cā esset:
aliquid liniret atque submitteret: Idem habitus oris eadem contumacia
in uultu. idem in oratione spiritus erat: adeo ut magna pars plebis Ap
pium non minus reum timeret: q̄ consulem timuerat. Semel causam
dixit: quo semper agere omnia solitus erat accusatorio spiritu. Adeoq;
constantia sua & tribunos obstupefecit & plebem: ut diem ipī sua uo-
luntate producerent. trahi deinde rem sinerent. Haud ita multū in
terim temporis fuit: ante trī q̄ dicta dies ueniret morbo moritur. Cuius
collaudationem cum tribuni plebis impedire conarentur: plebs fraudā-
ri solemni honore diem supremum tanti uiri noluit: & laudationem
tam æquis auribus mortui audiuit: q̄ uiui accusationem audierat: &
exequias frequens celebrauit. Eodem anno Valerius consul cum ex-
ercitu in equos profectus: cum hostem ad prœlium elicere non posset:
castra oppugnare est adortus. Prohibuit fœda tempestas cum grādine
ac tonitribus cælo delecta. Admirationem deinde auxit: signo receptui
dato tranquilla serenitas reddita: ut uelut numine aliquo defensa
castra: oppugnare iterum religio fuerit. Omnis ira belli ad populatio
nem agri uertitur. Alter consul Æmilius in sabinis bellum gessit: & ibi
quia hostis mœnibus se tenebat: uastati agri sunt. Incendisse deinde non
uillarum mō: sed aram uicorū: quibus frequenter habitabatur: sabini
excitu cum prædatoribus occurrissent ancipiti prœlio digressi: postero
die retulere castra in tutiora loca. Id satis consulti uisum cur pro uicto
relinquerat hostem integro inde decedens bello. Inter hæc bella manē-
te discordia domi consules T. Minutius priscus A. Virginius fuit. Nō
ultra uidebatur latura plebs dilationem agrariæ legis. Ultimaq; uis
parabatur: cum uolscos adesse fumo ex incendiis uillarum: fugaq;
agrestium cognitum est. Ea res maturam iam seditionem ac prope
erumpentem repressit. Consules coacti extemplo a senatu ad bellum
educta ex urbe iuuentute: tranquilliorē cæterā plebem fecerūt. Et
hostes quid̄ nihil aliud q̄ perfusi uano rumore romanis: citato agmi
ne abeunt. Minutius antium aduersus uolscos: Virginius contra eqs
profectus. Ibi ex insidiis prope magna accepta clade: uirtus militum
rem prolapsam negligentia consulis restituit. Melius in uolscis im

peranim eſt. Fuſi primo prœlio hoſtes fugaque in urbem Antium: ut tũ res erant: opulentiſſimam ach. Quam conſul oppugnare non auſus: cẽ nonem aliud oppidum nequaq̃ tam opulentum ab anciatibꝰ cepit. Dũ equi uolſciique romanos exercitus tenent: ſabini uſque ad portas urbis populantes inceſſere. Deiñ ipsi patres poſt diebꝰ ab duobꝰ exercitibꝰ u troque per iram conſule ingreſſo in fines: pluſ cladium q̃ intulerant acceperunt. Extremo anno pacis aliquid fuit: ſed ut ſemp aliaſ ſolli citæ pacis certamine patrum & plebis: irata plebs intereſſe comitiis conſularibꝰ noluit. Per patres clientesque patrum conſules creati T. P. Quintius & T. Seruilius. Similem annum priori conſules habent. ſeditioſa intra: bello deiñ externo tranquilla. Sabini cruſtumenos campos citato agmine tranſgreſſi: cum cedes & incendia circũ amnẽ flumen feciſſent: a porta prope collina mœnibuſq; pulſi ingentes tam̃ prædas hominũ pecorũque egere: quos Seruilius conſul infeſto exerci tu inſecutus: ipm̃ quid agmen adipiſci æquis locis non potuit: popula tionem adeo effuſe fecit: ut nihil bello intactum relinqueret: multipli ciq; capta præda redirent. Et in uolſcis reſp. egregie geſta: tum du ctu militum opera: primo æquo campo ſignis collatis pugnatũ: in genti cede utrinque plurimo ſanguine effuſo: & romani quia paucitas dã no ſentiendo proprior erat gradum retuliſſent: ni ſalubri mendatio conſul fugere hoſtes ab cornu altero clamitaſſent: atq; impe tu facto dum ſe putant uinci uicere. Conſul metuens ne nimis inſtan do renouaret certamen: ſignum receptui dedit. Interceſſere pauci di es uelut tacitis indutiis utrinque quiete ſumpta: per quos ingens uis hominum ex omnibꝰ uolſcis equiſque populis in caſtra uenit: haud i dubitans ſi ſenſerint romanos nocte abituros. Itaque tertia fere uigili a ad caſtra oppugnanda uenerunt. Quintius ſedato tumultu: que ter ror ſubito excitauerat: cum manere in tentoriis quietum militem uiſ ſiſſet: hernicorũ cohortem in ſtationem eduxit. Cornicines ubicunq; in equis poſitos canere ante uallum iubet: ſollicitũque hoſtem ad lucem tenere. Reliquum nocti adeo tranquilla omnia in caſtris fuẽ: ut ſomni quoque romanis copia eſſet. Et uolſcos ſpecies armatorũ peditum: quos & plures eſſe: & romanos putabant fremitus hinnitus que equorũ: qui & inſueto inſedente equite & inſup auresq; agitante ſonitu ſæuiebant: intentos uidit ad impetum hoſtiũ tenuit. Vbi illu xit: romanus integer ſatiatuſque ſomno productis in aciem ſeſtum

ſtando.

stando & uigiliſ uolſcum primo impetu pertulit. q̃q̃ ceſſere magiſ q̃ pul
ſi hoſtes ſunt: quia ab tergo erant cliui in quos poſt principia integris or
dinibus tutus receptus fuit. Conſuli ubi ad iniquum locum uentum eſt:
ſiſtit aciem. Miles ægre tenere clamare & poſcere ut perculſis inſtare liceat.
Ferocius aguntur equites: circũfuſi duci nociferantur ſe ante ſigna uiroſ:
D um cunctatur conſul uirtute militum fretuſ: loco parum confidens: con
clamant ſe uiros: clamoremq; res eſt ſecuta: fixit in terram pilis: quo
leuiores arduia euaderent: cursu ſubeunt. Volſcus effuſis ad primum
impetum miſſilibus relis ſaxa adiacentia pedibus ingerit in ſubeuntes:
turbatoſque telibus crebris urget ex ſuperiore loco: ſic prope oneratum
eſt ſiniſtrum romanis cornu: ni referentibus iam gradum conſul
increpando ſimul temeritatem: ſimul ignauiam pudorem metũ ex
cuſſiſſet. Reſiſtere primo obſtinatis animis. Deinde ut obtinentes locum
uires ferebant: audent ultro gradum inferre: & clamore renouato com
mouent aciem. Tum rurſus impetu capto emittuntur atque exuperat
iniquitatem loci. Iam prope erat ut in ſũmum cliui iugum euaderent:
cum terga hoſtes dedere. Effuſoque cursu pene agmine uno fugiẽtes
ſequentesque caſtris incidere. In eo pauore caſtra capiũtur. Qui uol
ſcorum effugere potuerunt Antium petunt. Antium & romanus ex
ercitus ductus. Paucos circũſeſſum dies dedidit: nulla oppugnan
tium noua ui: ſed quod iam antea ab infelici pugna: caſtriſque a
miſſis cecideranr animi.

ANNO CAPTO T. EMILIVS & QVINTIVS
Fabius conſules fiunt. Hic erat fabius Quin
tus: qui unus exactæ ad cremerã gens ſu
perfuerat. Iam priore conſulatu Emilius dã
di agri plebi fuerat auctor. Itaque ſedó quo
que conſulatu ciuſ & agrarij ſe in ſpem legiſ
erexerant. Et tribuni rem contra conſules ſæ
pe temptatam adiutore utique conſule obti
neri poſſe rati ſuſcipiunt. Et conſul manebat in ſententia ſua. poſ
ſeſſores & magna parſ patrum tribuniſ ſe iactare actionibus prin
cipem ciuitatis & largiendo de alieno populares fieri quærentes
totius inuidiam rei ab tribunis in conſulem auerterant. Atrox cer-

tamen aderat: ni fabius consilio neutri parti acerbo rem expedissa: L.
Quintij ductu & auspino agri capti priore anno aliq̄ntum a uolsci
esse: annum propinquā opportunam & maritimā urbem coloniam
deduci posse. Ita sine querelis possessorem plebem in agros iniurā ciui-
tatem in cōcordia fore. Hæc sententia accepta est. Triūuiros agro dan-
do T. Quintū. A. Virginium P. furium creant. Tussi nomina dare: q
agrum accipere uellent. Fecit statim: ut fit: fastidium copia. Adeoq;
pauci nomina dedere: ut ad explendum numerū coloni uolsci adde-
rentur. Cætera multitudo poscere agrum romæ malle: q̄ alibi accipe.
Equi a Q. Fabio: is eo cum exercitu uenerat: petere pacem. Irritāque
eam ipi subita incursione in agrum latinum fecere. Quintus Ser-
uilius insequenti anno: is. h. cum Sp. postumio consul erat: in equos
missus: in latino agro stativa habuit castra. Quies necessaria morbo
implicitum exercitum tenuit. Extractum in tertium annū bellū est.
Q. Fabio & T. Quintio consulibo. Fabio extra ordinem: quia is uictor ꝑ
pacem equis dederat ea prouincia data. Qui haud dubia spe profec̄is
famam nominis sui pacaturam equos: legatos in concilium gentis mis-
sos nuntiare iussit Q. Fabium consulem dicere: se ex equis romā pacem
tulisse: ab roma equis bellum afferre: eadem dextera armata: quā pa-
catam antea illis dederat: quorū id perfidia & periurio fiat deos nunc ꝛ
testes esse & mox fore ultores. Sed tm utcunque sit: ātā nunc poenitere
sua sponte equos: q̄ pati hostilia malle. si poenitear tutum receptum
ad expertam clementiam fore. Sin suo periurio gaudeant: dijs magis
iratis: q̄ hostibo gesturos bellum. Hæc dicta adeo nihil ꝑ mouerūt quē-
quā: ut legati prope uiolati sint. exercitusque in algidum aduersus ro-
manos missus. Quæ ubi romam sunt nuntiata indignitas rei magis: q̄ pe-
riculum consulem alterum ab urbe exciuit. Ita duo consulares exerci-
tus ad hostem accessere acie instructa: ut confestim dimicarent. Sed
cum forte haud multum diei superes̄et: unus ab statione hostium excla-
mat. ostentare hoc est romani non gerere bellum. Innoctem iminentē
aciem instruitis. Longiore luce ad id certamen quod instat uobis opus ē.
Crastina die oriente sole redite in aciem. Erit copia pugnandi ne timete.
H is uocibo irritatus miles in diem posterū in castra reducitur. Longam uem
re noctem ratus: quæ moram certamini faceret. Tum quid corpora sōno
ciboque curant. Vbi illuxit postero die. aliq̄nto prior constitit romana
acies: tandem & equi processere. Prælium fuit utrinque uehemens: qd

& romanus ira odioque pugnabat: & equos conscientia contracti culpa pe
riculi: & desperatio fuge sibi postea fidei: ultima audere & expiri cogebat
Non tñ sustinere aciem romanam equi. pulsique cum in fines suos se recepissent
nihilo inclinatioribus animis ad pacem: ferox multitudo increpare duces:
quod in aciem: qua pugnandi arte romanus excellebat cōmissa res sit. Eqs
populationibs incursionibusq; meliores esse. Et multas passim manus: q̄ ma
gnam molem unius exercitus rectus bella gerere. Relicta itaq: castris prae
sidio egressi: tanto cum tumultu inuasere fines romanos: ut ad urbem quoq;
terrorem pertulerint. Nec opinata & res plus trepidationis fecit: q̄d nihil
minus q̄ ne uicinis ac prope in castris obsessis hostis memor populationis es
set: timeri poterat. agrestesque pauidi incidentes portis: non populatio
nem nec praedonum paruas manus: sed omnia uasto agentes timore ex
ercitus & legiones adesse hostium & infesto agmine ruere ad urbē cla
mabant. Ab his proxime audita incerta eoque uaniora ferre ad alios.
Cursus clamorque uocantium ad arma haud multum a pauore captae ur
bis abesse. Forte ab algido Quintius consul redierat romā: id remedium
timori fuit. Tumultuique sedato uictos timeri increpans hostes: praesi
dia portis imposuit. Vocatoque deinde senatu cum ex auctoritate patr
iussitio indicto profectus ad tutandos fines esset: Quintio Seruilio prae
fecto urbis relicto, hostem in agris non inuenit. Ab altero consule
res gesta egregie est: qui qua uenturi hostem sciebat graue praeda
ad ſe addici iubet: oppido Corbione deſedi: ſanguiniſq; equoꝝ nō eg̃e. Licere abire: ſed ut exprimatur tandem confeſſio ſubactam domitāque eſſe gentem ſubiugum abiiroſ. Tribuſ haſtis iugum fit: humi fixis duabuſ: ſupque eas tranſuerſa una deligata. Sub hoc iugo dictator eq̃s miſit. Caſtriſ hoſtium receptis plenis omnium rerum (nudos enim miſerat) predam omnem ſuo tantum militi dedit. Conſularem exercitū ipm̃ que conſulem increpans. Carebiſ inquit prædæ parte miles ex eo hoſte cui prope preda fuiſti. Et tu L. Minuti donec conſulare animū mapiaſ habere: legatuſ his legionib̃ preeriſ. Ita ſe Minutius abdicat conſulatu: iuſſuſque ad exercitum manet. Sed adeo tum impio meliori animuſ manſuete obediens erat: ut beneficij magiſ: q̃ ignominię hic exercituſ memor. Et coronam auream dictatori libræ pondo decreuerit & proficiſcentem eum patronum ſalutauerit. Romæ a Q. Fabio prefecto urbiſ ſenatuſ habituſ: triumphantem Quintiū quo uehebat agmine urbem ingredi uiſit. Ducti ante currum hoſtium duces: militaria ſigna prælata: ſecutuſ exercituſ preda onuſtuſ. Epulę inſtructæ dicuntur fuiſſe ante omnium domoſ. epulantesq; cum carmine triūphali & ſolemnib̃ locis cōueſſantium mō: currum ſecutus fuit. Eo die L. Mamilio Tuſculano approbantib̃ cunctis: ciuitas data eſt. Confeſtim ſe dictator magiſtratu abdicaſſet: ni comitia M. Volſci falſi teſtis remiſſent. Ea ne impedirent tribum: dictatoꝝ obſtitit metuſ. Volſcuſ damnatuſ: Laumium in exilium abiit. Quintus ſexto decimo die: dictatura in ſex menſes acceptā: ſe abdicauit. Per eoſ dieſ conſul hautuſ ad Arietum cum ſabiniſ pugnat egregie: Ad uaſtatos agroſ ea quoque cladeſ acceſſit ſabiniſ. Minutio Q. Fabiuſ ſucceſſor in algidum miſſuſ. Extremo anno agitatū de lege ab tribuniſ eſt. Sed quia duo exercituſ aberant: ne qd ferretur ad populum patreſ tenuere. plebſ uicit: ut quinto eoſdē tribunoſ crearent. Lupoſ tuſoſ in capitolio ferunt: ab canibo fugatoſ ob id prodigium luſtratum capitolium eſſe. Hæc eo anno geſta. Sequuntur conſuleſ Q. Minutius, M. Oratius Pulullus. Cuius initio anni cum foriſ otium eſſet: domi ſeditioneſ: idem tribuni eadem lex faciebat. Vtercuſque uentum foret adeo exarſerant animiſ: niſi uelut dedita opa nocturno impetu equoꝝ Corbione amiſſum præſidium nuntiatum eſſet. Senatum conſuleſ uocant. Iubent

ſubitarium ſcribere exercitum atque in Algidum ducere. In̄ poſito le
giſcertamine: noua de delectu contentio orta. Vincebaturq; conſti
lare impium, tribunitio auxilio: cum aluſ additur terror: ſabinū
exercitum prædatum deſcendiſſe in agroſ romanoſ: inde ad urbem
uenire. Hſ metuſ peraluit: ut ſcribi militem tribȳni ſinerent. non ſine
pactione tn̄: ut quoniaz ipī quinquēnium eluſi eſſent: parūq; que
plebi præſidium foraz: decem deinde tribuni pl. crearentur. Expreſ
ſit hæc neceſſitaſ patribo: id mō excipere ne poſtea ipōſ tribunoſ tuide
rent. Tribunitia comitia: ne id quoque poſt bellum ut cetera uanv
eſſaz: extemplo hīta. Trigeſimo ſexto anno a primiſ tribuniſ pl. de
cem creati ſunt. Bini ex ſingulis claſſibuſ. Itaque cautum eſt ut poſtea
crearentur. Delecto deiñ hīto. Minutiuſ contra ſabinoſ profectuſ nō
inuenit hoſtem. Oratiuſ cum iam equi Corbione intercepto præſidio:
ortanam aziam cepiſſent: in Algido pugnat. Multoſ mortaleſ occidit.
Fugat hoſteſ non ex Algido mō: ſed ab Corbione ortonaq;. Corbioneż
aziam diruit pp proditum præſidium. Deiñ M. Valeriuſ Sp. Virgi
niuſ conſuleſ facti. domi foriſq; otium fuit. Annona pp aquarum
intemperiem laboratum eſt. De auentino publicando Lata eſt lex.
Tribuni pl. idem refecti. Sequenti anno T. Romulio C. Veturio conſuli
bo: legem omnibo contionibo ſuiſ celebrabant. Pudere ſe numeri ſui
nequicq̄ auct: ſi eaſ eque ſuo biennio tacitaz: ac toto ſupiore luſtro
tacuiſſaz. Cum maxime hæc agerent: trepidi nunti ab tuſculo uen
iunt: equoſ in agro tuſculano eſſe. Fecit pudorem recenſ ciuiſ popli me
ritum morandi auxilij. Ambo conſuleſ cum exercitu miſſi: hoſtem in
ſua ſede in Algido inueniunt. Ibi pugnatum. Supra ſeptem milia ho
ſtium cæſa. Alii fugati. preda parta ingenſ. Eam pp inopiam ærarij
conſuleſ uendiderunt. Inuidiæ tn̄ res ad exercitum fuit. Eademque
tribuniſ materiam criminandi ad plebem conſuleſ prebuit. Ita que
ergo ut magiſtratu abiere Sp. Tarpeio P. Veturio conſulibo: dieſ dcā
eſt Romulio a C. Caluino, Ciceronē tribuniſ p. Veturio ab L. Alieno æ
dile plebiſ. Vterque magna patrum indignatione damnatuſ. Romu
luſ. x. milibo æriſ: Veturiuſ. xv. milibo. Nec hæc priorz calamitaſ
conſulum ſegnioreſ nouoſ fecerat. Conſuleſ ſe damnari poſſe aie
bant & plebem & tribunoſ legem ferre non poſſe. Cum abiecta le
ge quæ puulgata conſenuerat: tribuni leuiuſ agere cum pribuſ

finem tandem certaminū facerent. Si plebeiæ leges displicerent: at illi comiter legum latores & ex plebe & ex patribus qui utrisque utilia ferrent: queq; æquandæ libertatis essent: sinerēt creari.

Rem non aspernebantur patres. Daturum leges neminem nisi ex patribus aiebant. Cum de legibus conuenirent: de latore tantum discreparent: missi legati athenas Sp. Postumius Albus. A. Manlius P. Sulpitius Camerinus. iussique inclitas leges Solonis describē & aliarū græciæ ciuitatum instituta, mores, iuraque noscē. Ab externis bellis quietus annus fuit. Quietior insequens P. Curiatio & Sex. Quintilio consulibs perpetuo silentio tribunorū: qđ primo legatorum: qui athenas ierant: legūque peregrinarū expectatio prebuit. Deīn duo simul mala ingentia exorta: fames pestilēsque: fœda homini fœda pecori. Vastati agri sunt. Vrbs assiduis exhausta funeribs. multæ & claræ lugubres domos. Flamē qrinal Seruius Cornelius mortuus. Augur L. Oratius Pulullus. In cuius loco L. Veturium eo cupidius: quia damnatus a plebe erat: augures legere. Mortuus consul Quintilius. quatuor tribuni plebis. multiplici clade fœdatus annus. Ab hoste otium fuit. Inde consules L. Menenius P. Sextilius Capitolinus. Neque eo anno quicq̄ belli externi fuit. Domi motus orti. Iam redierant legati cum aticis legibs. Eo intentius instabant tribuni: ut tandem scribendarū legū initiū fieret.

legati athenas missi.

Placa creari decēuiros sine prouocatione: & ne quis eo anno alius magistratus esset. admiscereturne plebs controuersia aliq̄diu fuit. Postremo concessum patribs: mō ne lex Atilia de Auentino aliæq; sacratæ leges abrogarent. Tricentesimo anno altero q̄ condita roma erat: iterum mutatur forma ciuitatis a consulibs ad decēuiros. quēadmodū a regibus ante ad consules uenerat: translato impio. Minus insignis: quia non diuturna. mutatio fuit. Lege. H. principia magistratus eius nimis luxuria uere. Eo cursus res lapsa est: repetitumq; duobs uti mandarentur consulibs nomen impiuiq;. Decemuiri creati Appius Claudius. T. Genutius. P. Sextilius. L. Veturius. C. Iulius. A. Manlius. C. Sulpitius. P. Curiatius. T. Romulius. Postumius. Claudio & Genutio: quia designati consules eo anno fuerant: pro honore honos redditus. Et Sextilio alteri consulum prioris anni: quod eam rem collega integro ad patres retulerat. Hos proximi legati habuit tres: qui athenas

X. uiri

ierant: simul ut prolegatione tam longinqua præmio honos esset: simi
pertos legum peregrinarj ad condenda noua iura usui fore credebant.
Suppleuere ceteri numerj grauesq; ætate electos nouissimis suffra
gijs ferunt: quo minus ferociter aliorj sanis aduersarentur. Regimē to
tius magrātus penes Appium erat: fauore plebis. Adeoque nouū ingeni
um sibi induerat: ut plebicola repente omnisque aurę popularis capta
tior euaderet pro truci seuoq; infectatore plebis. Decimo die ius pplō
singuli reddebant. Eo die penes præfectum iuris fasces erant. xii. colle
gis nouem singuli accensi apparebant. & in unica concordia inter ipōs
qui consensus consilijs priuatis interdum utilis esset: sūma aduersus a
lios æquitas erat. Moderationis eius argumentū exemplo unius rei no
tasse sanis erit. Cum sine prouocatione creati essent: defosso cadauere
domi apud P. Sextium patritæ uirj inuento: prolatoque in contionem
in re usta manifestaque atque atroci L. tullius decemuir diē Sexto
dixit: & accusator ad populum extitit: cui rei iudex legitimus erat:
decessitq; de iure suo: ut demptum de ui magrātus populi libertati ad
diceret. Cum promptum hoc ius uelut ex oraculo incorruptum ab his
patrēr sūmi infimique ferrent: tum legibs condendis opera dabatur.
Ingentiq; hominum expectatione: propositis decem tabulis populū ad
contionem aduocauerunt. Et quod bonum faustum felixque rei. p.
ipsis liberisq; eorj esset: conferrent: eas leges habiturj popl̄m ro.: ire &
legere leges propositas iussere. Se quantum decem hominū ingenijs pro
uideri potuerit: omnibs sūmis infimisque iura æquasse. Plus pollere mitorj
ingenia consiliaque: versarent in animis secum: unā quanq; rem agitarā
dein sermonibus atque in medium quid in quaque re plus minusue esset,
conferrent: eas leges hīturum populum ro. quas consensus omniū non
iussisse latas magis q̄ tulisse uideri posset. Cum ad rumores omium de
uno quoque legum capite edito, satis correcte uiderentur: centuriatis co
mitijs decem tabularj leges perlatę sunt. Quae nunc quoq; in hoc īmēso
aliarum super alias aceruatarj legum cumulo: fons omnis publici pri
uatique iuris est. Vulgatur deinde rumor duas deesse tabulas: quibs
adiectis absolui posse uelut corpus omnis romani iuris. Ea expectatio,
cum dies cominorj appropinquaret: desiderium decemuiros iterj creandi
fecit. Nam plebs præter q̄ quod consulum nom̄ haud secus q̄ regū perosa
erat: ne tribunitium quidez auxilium cedentibs inuicem appellatione de-

cemuiri/ quærebat. Postq̄ uō comitia decemuiri creandi/ in diuum
nundinum indicta sunt/ tanta exarsit ambitio/ ut primores quoq; ci-
uitatis metu credo ne tanti possessio imperij/ uacuo ab se relicto loco ꝺ
haud sanis dignis pateret/ prensarent homines honorem summa ope a se im
pugnatum ab ea plebe cum qua contenderent/ supplicites petentes. Dimissa
iam in discrimine dignitas/ ea ætate/ hisque honoribus actis humulabat.
Appium Claudium nescires utrū inter decēuiros an inter candidatos nume
rares. Propior interdum petendo/ q̄ gerendo magistratui erat. Criminari
optimates. extollere candidatorū leuissimum quēq; humillimūq;. Ipse
medius inter tribunitios duellios sillianos que in foro uolitare. per illos se ple
bi uendicare. donec collegæ quoq;/ qui unice illi dedili fuerant ad id tp̄is
conicere in eum oculos/ mirantes quid sibi uellet. Apparere nihil sincere esse
profecto haud gratuitam in tanta superbia comitate fore. nimiū in ordinē
se ipm̄ cogere. & uulgari cum priuatis. non tam properantis abire magis
tu/ q̄ uam ad continuandum magistratum quærentis esse. propala ob
uiam ire cupiditati parum ausi obsecundando mollire impetum aggre
diuntur. Comitorū illi habendorū/ q̄n minimus natu sit/ munus cōsen
su unguunt. Ars ea hæc erat ne semet ipē creare possent. Quod præter tri
bunos plebis. & id ipm̄ pessimo exemplo/ nemo unq̄ fecisset. Ille. ꝛ. q̄d
bene uertat habituri se comitia professus/ impedimentum pro hac occasi
one arripuit. Delectisq; honore per contionem duobus patribus Capitolino &
Lucanato. & patruo suo C. Claudio constantissimo uiro in optimatium
causa/ & aliis eiusdem fastigiis ciuibus nequaq̄ splendore uitæ pares.
decemuiros creat. Sc in primis/ quod haud secus factum improbabant
boni/ q̄ nemo ausurum facere crediderat. Erant cum eo M. Cornelius
Maluginensis. M. Sergius. L. Minucius. Q. Fabius Iubilanus. Q. petilius
C. Antonius Merenda. L. æduliius. Sp. Opius Cornicen. M. Rabuleius. Ille
simis Appio alienæ personæ ferendæ fuit. Suo iam inde uiuere ingenio
cœpit. Nouosque collegas iam priuis q̄ imperent magistratum in suos mores
formare. Cotidie coibant remotis arbitris. Inde in potentibus instructi cō
siliis/ quæ secreto ab aliis coquebant/ iam haud dissimulando superbiā
rapi aduersis colloquentibus difficiles ad iduas maias rem perduxere. Iduus ui
maiæ solemnes incundis magistratibus erant. Initio igitur magistratus
primū honoris diem denuntiatione ingentis terroris insignem fecere.
Nam cum ita priores decēuiri seruassent/ ut unus fasces haberet/ & hoc

insigne regium in orbem suam cunusq; uicem per omnes ira: subito cēs
cum duodenis fascibo prodiere. Centum uiginti lictores for⁊ impleue
rant: & cum fascibo secures alligatas præferebant. Nec attinuisse de
mi securem cum sine prouocatione creati essent. Interpretabant decem
regum speties. Cratque multiplicatus terror, non infimis solum, primo
ribus patrum ratis cædis causam ac principium quæri: ut si quis memo
rem libertatis uocem aut in senatu aut in populo misisset: statī uirgæ
secures que & iā ad cæterorꝫ metum expedirentur. Nam præter q̄ qđ
in populo nihil erat præsidij, sublata prouocatione: intercessionē quoq;
consensu sustulerant: cum priores decēuiri appellatione collegæ corrigi
reddita a se uita tulissēt: & quædam quæ sui iudicij uideri possent ad
populum retecissent. Aliq̄diu æquatus inter omnes terror fuit. Paulatī
totus uertere in plebem cœpit. Abstinebatur a patribꝫ. In humiliores libi
dinose crudeliterq; consulebatur. hominū non causarꝫ ton erant: ut
apud quos gratia uim æqui hēret. Iudicia domi conflabant: pronunti
abant in foro. Si quis collegam appellasset: ab eo ad quem uenerat ita
discedebat: ut pœniteret; non prioris decreto stetisse. Opinio etiam sine
auctore exierat: non in præsentis mō temporis eos iniuriam conspirasse
sed fœdus clandestinum inter ipsos iure iurando ictum: ne comitia ha
berent: perpetuoque decemuiratus possessum semel obtinerent impium.
I. ircūspectare tum patriciorꝫ uultus plebi: & inde libertatis captare aurā
unde seruitutem timendo in eum statum rem.p. adduxerant. Primores
patrum odisse decēuiros. odisse plebem. nec probare quæ fierent. & cre
dere haud indignis accidere: aude incundo a libertate in seruitutem e
lapsos. iuuare nolle: cumulare quoque iniurias. ut tedio præsentium
consules duo tandem & status pristinus rerꝫ in desiderium uenirent.
I. am & processerat pars anni maior: & duæ tabulæ legum prioris anni
decem tabulis erant adiectæ. nec quicq̄ iam superat: si hæ quoq; leges cē
turiatis comitijs perlatæ essent: cur eo magistratu rei.p. opus essēt. Expecta
bant q̄ mox consulibꝫ creandis comitia ederentur. Id mō plebem agi
tabat: quonam mō tribunitiā potestatem munimentū libertati rem
intermissam reparārent. Cum interim mentio cominorꝫ nulla fierā
decemuiri qui prius tribunitios homines: quia & id populare hēbat
circum se ostentauerant plebi: patricijs iuuenibꝫ sepserant latera: eorꝫ
catervæ & tribunalia obsiderant. hi ferre agere ā plebem plebisq; res

Cum fortuna qua quicquid cupitum fora⁊ potentioris essa⁊. ⁊ ne tergo
quid⁹ abstinebatur. utrqs cædi: alij securi subjci. ⁊ ne gratuita crude-
litas essa⁊: bonorum donatio sequi dnī supplicium. Hac mercede iu-
uentus nobilis corrupta: non mō ire obuiam iniuriæ: sed pro palam
licentiam suam malle: q̄ omnium libertatem. Idus maiæ uenere
nullis subrogatis magistratibꝰ. priuati pro decēuiris neque animis
ad impium inhibendum iminutis: neque ad spem honoris insignibꝰ
prodeunt. Id uō regnum haud dubie uideri. deploratur in perpetuū
libertas. nec uindex quisquā extat aut futurus uidetur. Nec ipī solum
deposuerant animos: sed contemni cœpti erant a finitimis populis. im-
periumq; ibi esse ubi non essa⁊ libertas indignabantur. Sabini magna
manu incursionem in agrum ro. fecere. Lateque populati cum homi-
num atque pecudum multas prædas egissent: recepto ad Aretiū qd
passim uagatum erat agmine⁊ castra locant: spem in discordia ro-
na ponentes: eam impedimentū delectui fore. Non nunti solū: sed
per urbem agrestium fuga trepidationem iniecit. Decemuiri cōsul-
tabant quid opus sit facto: destituti inter patrum ⁊ plebis odia
A ddidit terrorem insuper alium fortuna. Equi alia ex parte castra in
algido locant. depopulantur que inde excursionibꝰ tusculanū ag⁊.
L egati ab tusculo præsidium orantes nuntiant. Is pauor fertur pcu-
lisse decemuiros: ut ⁊ senatum simul duobꝰ circūstantibꝰ urbē bellis
consulerent: citari iubent in curiam patres: haud ignari quanta
inuidia iminera⁊ tempestate ea: omnes uasti agri periculor⁊q; im-
minentium causas in se congesturos temptationē fore eam abolendi
sibi magistratus ni consensu resisterent. Impioq; inhibendo acriter ī
pauros præferocis animi: conatus alior⁊ comprimerent. Post q̄ au-
dita uox est præ in foro præconis: patribꝰ in curiam ad decēuiros uo-
catis, uelut noua res: quia intermiserant iam diu morem consulēdi
senatum: mirabundā plebem conuertit: quid nam inadisse⁊: cur ex
tanto interuallo rem desuetam usurparent: hostibꝰ belloque grauiꝫ
habendam quod solitum quicquā libera ciuitatis fiera⁊. Circūspectare
omnibꝰ fori patribꝰ senatorem: raroq; usquā nosci tare. Curiam inde
ac solitudinem circa decēuiros intueri: cum ⁊ ipī inuisum consensu im-
pium: ⁊ plebs, quia priuatis ius non esse⁊ uocandi senatū: non conue-
nire patres interpretarentur: iam caput fieri libertatis repetendæ: si se

plebs comitem senatui det: & quēadmodum patres uocari non cœant
in senatum: sic plebs abnuat delectum. Hoc fremebat plebs patri haud
fere quisquā in foro. in urbe rari erant: indignitate rerum cesserant in a
gros: suaq; que rerum erant amissa publica: tm̄ ab iniuria se abesse rati.
quantū a cœtu congressu que impotentium dn̄orum se amouisset. post
q̄ crari non conueniebant: dimissi circa domos apparitores simul ad
pignora capienda: scisciandū que nun consultu detrectarent: refe-
runt senatum in agris esse. Lætus id decemuiris accidit: q̄ si præsen-
tes detrectare imperium referrent. Iubent acciri omnes. senatū que
in diem posterum edicunt. Qui aliquanto spei ip̄orum frequentior cō-
uenit. Quo facto proditam a patribo plebs libertatem rata: quod his
qui iam magr̄atu abiissent: priuatis que ius abesset tanq̄ iure cogen-
bus senatus paruissa: sed magis obedienter uentum in curiam est: q̄
obnoxiæ dictas sententias accepimus. L. Valerium potitum tum pro-
ditum memoriæ est post relationem Appij Claudij prius q̄ ordine
sententiæ rogarentur postulando ut de re.p. liceret dicere: prohiben-
tibus minaciter decemuiris: prodituq; se ad plebem denuntiantem tu-
multum exciuisse. Nec minus ferociter M. Oratium barbatū isse in
certamen: decemuiros tarquinios uocantem: admonentē que vale-
rius & oratius ducibo pulsos reges. Hec nominis homines tum ptesum
esse. quippe quo iouem appellare fas sit: quo Romulum conditorem
urbis: deinceps; reges appellatos. quod in sacris & solemne retentū
sit. superbiam uiolentiā que tum perosos regis. Quae si in rege tū eodē
aut in filio regis ferenda non fuerint: quomō laturi sint in tot tyrannos?
Cum maxime uetent in curia libere homines loqui: extra curiam &
mouere uocem. neque se uidere qn sibi minus priuato ad contionem
populū uocare: q̄ illis senatum cogere liceat. Vbi uellent expirent? qnto
feronor dolor in libertate sua uindicanda: q̄ cupiditas in iniusta dnā-
tione retinenda esset. De bello sabino eos referre: tanq̄ manus ullum po
pulo ro. bellum sit: q̄ cum his: qui legum ferendarq causa creati nihil
iuris in ciuitate reliquerint: qui comitia: qui annuos magr̄atus: qui
uicissitudinem impitandi: quod unum exæquandæ libertatis sit:
sustulerunt: qui priuati fasces & regum impium hēant: fuisse regi
bus exactis patritios magr̄atus creatos. postea post secessionem plebis.
Cuius ille pris essent rogitare: populares? Quid. n. eos p pplm egisse?

nim
optimatof: qui anno iam prope ſenatum non habuerunt: tunc ita hē
ant: ut de re p. loqui prohibeant: ne nimium in metu alieno ſpei pone
rent. grauiora quę patiantur uideri iam hominibꝫ: q̄ quę metuāt.
Hęc uociferante oratio: cum decemuiri nec iræ nec ignoſcendi modum
repirent: nec quo euaſura res eſſet: cernerent: T. Claudij: qui patruus
Appij decemuiri erat: oratio fuit precibꝫ: q̄ iurgio ſimilis pro oranti ſ:
per ſui fratris parentisque cuius manes: ut ciuilis potius ſortietur ſi qua
natus eſſet: q̄ fœderis nefarie ictꝰ cum collegis meminiſſet. Multo id
magis ſe illius cauſa orare: q̄ rei. p. Quippe rem. p. ſi a uolentibꝫ neq̄at
ab inuitis uix experturam. Sed ex magno certamine: magnas excitari
ferme iras: earum euentum ſe horrere: cum aliud præter q̄ de quo
retulissent decemuiri dicere prohiberent. Claudium interpellandi ue
recundia fuit: ſententiam igitur peregit. nullum placere ſenatus con
ſultum fieri. Omnes que ita accipiebant: priuatos eos a claudio iudi
catos. Multi que ex conſularibꝫ conſenſi ſunt. Alia ſuia aſperior in
ſpetie vim minorem aliquanto hūit: quæ patricios conuenire ad pro
dendum interregem iubebat. Cenſebat. n. non eos magiſtratus eſſe qui ha
berent ſenatum: quos priuatos fecerat auctor nullius ſenatus cōſul
ti faciendi. Ita labente iam cauſa decemuiroꝝ: L. Cornelius Malug
nenſis M. Cornelij decemuiri frater cum ex conſularibus ad ultimum
dicendi locum conſulto ſeruatus eſſet: ſimulando curam belli fiem
collegaſque eius iuuabatur: quo nam fato incidiſſet: miram ſe dicitā
ut decemuiros: qui decemuiratum penſſent: aut ſoli aut hi maxie
oppugnarent: aut quid ita: cum per tot menſes uacua ciuitate nemo
iuſſu magiſtratus ſūmæ rerum præeſſent controuerſiā fecerit: nunc de
mum cum hoſtes prope ad portas ſint: ciuiles diſcordias ferant: niſi
quod in turbido nimis perſpicuum fore putent: id agatur. Ceterꝫ ne
minem maiore cura occupatis animis uerum eſſe: præiudicium rei tāte
differri. Sibi placere de eo quod Valerius Oratius que ante idus ma
ias decemuiros abiiſſe magiſtratu inſimulent: belli que immineant per
fecti: re. p. in tranquillum redacta: ſenatu diſcrepante agi. Et nunc
ita ſe parat Appius Claudius: ut cominꝰ: quę decēuiris creandis
decemuir ipe hūit: ſciat ſibi rationē reddendam eſſe utrū in unum
creati ſunt annum: an donec leges quæ deeſſent perferentur. In præ
ſenti omnia præter bellum obmitti placere: cuius ſi falſo famā uul

gatam: uana que non nunnos solum: sed tusculanorꝝ & legatos ar
tulisse putent: speculatores censere mittendos: qui cernut explorata
referant. Sin fides & nunnis & legatis hēatur: delectum primo q̊q;
tempore hīi: & decem uiros quo cuique eorꝝ uideatur/exercitus du
cere: nec rem aliam preuerti. In hanc sn̄iam ut discederetur: tunio
res patrum euincebant. Ecce tusque inter coorti Valerius oratus
que uocaferari: ut de re p. liceret dicere/dicturus ad populu: si in se
natu per fachonem non liceat. Neque .n. sibi priuatos aut in curia aut
in contione posse obstare: neque imaginarijs suis fascibꝫ eorꝝ cessu
ros esse. Tum Appius iam prope esse ratus: ut ni uiolentiæ eorꝝ pari re
sisteretur audatia uictum impium esse: non erit melius inqt nisi
de quo consulimus uocem misisse. Et ad Valerium negantē se p̄uato
retinere: lictorem accedere iussit. Iam quiritium fidem implorante
Valerio a curiæ limine/L. Cornelius complexus Appium: non/quod
simulabat consulendo/diremit certamen. facta que per Cornelium
Valerio dicendi grata/quae uellet: cum libertas non ultra uocem
exæstisset: decemuiri propositum tenuere. Consulares quoq; ac
seniores ab residuo tribuniciæ potestatis odio: cuius desideriū plebi
multo acrius q̄ consularis imperij rebantur esse: prope malebant
post mō ipos decemuiros uoluntate abire magr̄atu: q̄ inuidia eorꝝ
exurgere rursum plebem. si leniter ducta res sine populari strepitu
ad consules rediisset: aut belli interpositis aut moderatione consiliū
in impijs exercendis posse in obliuionem tribunorꝝ plebē adduci.
Silentio plebis & patrum edicitur delectus. Iuniores cum sine proui
catione impium esset/ad nomina respondent. Legionibꝫ scripsis in
ter se decemuiri compabant: quos ire ad bellum: quos preesse exerci
tibus oporteret. Principes inter decemuiros erant Q. fabius & Appi
us Claudius. Bellum domi maius q̄ foris apparebat. Appij uiolentiā
apiorem rati ad comprimendos urbanos motus. In fabio minus in
bono constans q̄ nouum in malitia ingenium esse. Hunc .n. uirum
egregium olim domi militiæ que decēuiratus collegæque ita muta
uerant: ut appij q̄ sin similis malle esse. Huic bellum in sabinis: M.
Rabuleio & Q. perlio additis collegis/mandatum. M. Cornelius in al
gidum missus: cum L. Minutio & T. Antonio & T. diulio & L. Ser
gio. Sp. Oppium Appio Claudio adiutorem ad urbem tuendam/

æquo omnium decemuiroꝝ impio decernunt. Nihilo militiæ q̄
domi melius res. p. administrata est. Illa mō in ducibꝫ culpa: qd
ut odio essent ciuibꝫ fecerant. Alia omnis penes milites noxa erat.
qui ne quid ductu aut auspitio decēuiroꝝ prospere usq̄ gereret
uinci se per suum atque illoꝝ dedecus patiebantur. Fusi & a sabi-
nis in fretum & in algido ab equis exercitus sunt. Ab freto per sile-
tium nocte profugi propius urbem inter fidenas crustumiaq̄ que
loco edito castra posuerat, persecutis hostibꝫ nusq̄ se æquo certamie
cōmittentes. Natura loci, ac uallo non uirtute aut armis tutabantur. Maius
flagitium in algido maior & clades accepta: castra quoq; amissa
erant. exutus quoq; omnibꝫ utensilibꝫ miles, tusculum se fide mise-
ricordia uicturus sonorum. qui tum non fefellerunt, contulerat.
Romam tanti erant terrores allati: ut posito tam decemuirali odio, pa
tres uigilias in urbe habendas censerent: omnes qui per ætatē arma
ferre possent custodire mœnia, ac pro portis stationes agere iuberent:
arma tusculum ad supplementum decernerent: decēuiros que ab arce
tusculi digressos in castris militem hīre. castra alia ab fidenis in sabinū
agrum transferri. belloque ultro inferendo, deterreri hostes a cōsilio
urbis oppugnandæ. Ad cladem ab hostibus acceptam duo nefanda
facinora decēuiri belli domique additiunt. Siccium in sabinis per in
uidiam decemuiralem, tribunoꝝ creandoꝝ, secessionis que mēnones
ad uulgus militum sermonibꝫ occultis ferentem, prospeculatū ad locuꝫ
castris capiendum mittunt. Datur negotium militibus, quos miserant
expeditionis eius comites: ut eum oportuno adorti loco interficerent.
Haud inultum interfecere: nam circa repugnantem aliquot insidi-
atores cecidere: cum ipē prælialidus uiribus pari animo circūuentus
se tutaretur. Nuntiant in castra ceteri præcipitatum in insidias esse
Siccium egregie pugnantem, militesque quosdā cum eo amissos. Pri-
mo fides nuntiantibꝫ fuit. Profecta deinde cohors ad sepeliendos qui
ceciderant decemuiroꝝ permissu. Postq̄ nullum spoliatum ibi corpus, sic
ciūque in medio iacentem, armatūque: omnibꝫ in eum uersis corpori-
bus, uidere: hostium neque corpus ullum neque uestigia abeuntium
profecto ab suis interfectum memorantes, retulere corpus. Inuidia q;
plena castra erant: & romam ferri protinus Siccium placebat: ni de
cemuiri funus militare ei publica impensa facere maturassent. Sepul-

tus ingenti militum moestitia/ pessima in decem uiros in uulgus fama
S equitur aliud in urbe nefas a libidine ortum: haud minus foedo euētu:
q̄ quod per stuprum caedem que Lucretiæ: urbe regnoque tarquinios
expulerat: ut non finis mō idem decēuiris: qui regib⁹: sed causa &iā
eadem imperij amittendi esset. Appium Claudium uirginis plebeiæ
stuprandæ libido cepit. Pater uirginis L. Virginius honestū ordinem
in algido ducebat: uir exempli recti domi militiæque: perinde uxor
instituta fuerat: liberi quoque instituebantur. Desponderat filiā L. Icilio
tribunitio acri uiro: & pro causa plebis exper uirtutis. Hanc uirginē
adultam/ forma excellentem Appius amore ardens: pretio ac spe pellicē
adortus: postq̄ omnia pudore septa animaduerterat: ad crudelem sup-
bamq; uim animū conuertit. M. Claudio clienti negotium dedit: ut
uirginē in seruitutem asseret: neque cederet sedm libertatem postula-
tibus uindiciis: quod pater puellæ abesset locum iniuriæ esse ratus. Virgi-
ni uenienti in forum: ibi nanq; in tabernis litterarij ludi erant: mīster
decemuiri libidinis manum iniecit: seruā suā natam/ seruāq; appellās
esse: sequi que se iubebat: cunctantem ui abstracturum. Pauida puel-
la stupente ad clamorem nutricis/ fidem quiritum implorantis fit con-
cursus. Virginii patris sponsi que Icilij populare nomē celebrabatur. Ho-
tos grata eor turbam indignitas rei uirginī conciliat. Iam a ui tuta erat.
Cum assertor nihil opus esse multitudine concitata ait: se iure grassari
non ui/uocat puellam in ius/ auctoribus qui aderant assequētibus: ad tri-
bunal Appij peruentum est. Notam iudici fabulam petitor: quippe apud
ipm auctorem argumenti peragit: puellam domi suæ natam: furtoq;
inde in domum Virginij translatam: suppositam ei esse: id se iudicio com-
ptum afferre: probaturq; que: uel ipō Virginio iudice: ad quē maior pr
eius iniuriæ pertineat. Interim dominū sequi ancillam æquum esse:
A duocati puellæ cum Virginiū rei p. causa dixissent abesse: biduo affuturum si nuntiatum ei sit. iniquum esse absentem de liberis dimicare: postu-
lant ut rem integram in patris aduentum differat: lege ab ipō lata uindi-
tias det sedm libertatem: neu patiatur uirginem adultam famæ priusq̄
libertatis periculum adire. Appius decreto præfatus q̄ libertati fauerit eā
ipām legem declarare: quā uirginis amici postulationi suæ prætendant.
Cæterq; ita in ea firmum libertati fore præsidium si non cautis nec prōmis
uaria. In his. H. qui asserantur in libertatem: quia quisq; lege agere

posſit id iuriſ eſſe: in ea que in patriſ manu ſit: neminem eſſe alium: cui dñi poſſeſſione cedat. placere itaque prē̄m accerſiri. Interea iuriſ ſui re-
cturam aſſertorem non facere: quin ducat puellam. ſiſtendāque in ad-
uentum eiuſ: qui pater uocatur/ promittat. Aduerſuſ iniuriā decreti:
cum multi magiſ fremerent: q̄ quiſquā unuſ reſiſtere auderet: p. Nu-
mitoriuſ puellæ auuſ & ſponſiſ Icilius interuenium. Data que inter tur-
bam uia/ cum multitudo Icilij maxime interuenu reſiſti poſſe Appio
crederet: Lictor decreſſe ait: uociferantemque Icilium ſubmouet. Cum
placidum quoque ingenium tam atrox iniuria accenduſſet: ferro hīc
ubi ſubmouendus ſum Appi inquit. ut tacitum ferat quod celeram uiſ.
Virginem ego hanc ſum ducturuſ nuptam pudicā que habiturus. proin̄
omneſ collegarum quoque lictoreſ conuoca. expediri iurgaſ & ſecuri
iube. non manebit extra domum patriſ ſponſa Icilij. non ſi tribuniciu3
auxilium & prouocationem plebi romanæ dnaſ arteſ libertatiſ tuendæ
ademiſtiſ: ideo ⁊ liberoſ quoq; nr̄oſ coniugeſ que regnum ur̄æ libidini
datum eſt: ſecuri in terga & ceruiceſ nr̄aſ/ pudicitia ſaltem in tuto ſit. hu
ic ſi uiſ affertur: ego preſentium quiritū pro ſponſa: Virginiuſ militū pro
unica filia. omneſ deorum hominū que implorabimuſ fidem. Neq; tu
iſtud unq̄ decretum ſine cede nr̄a referes. Poſtulo Appi ā atque ā: con-
ſideres quo progrediare. Virginiuſ uiderit de filia ubi uenerit qd agat.
Hoc tm̄ ſciat: ſibi/ ſi huiuſ vindictæ ceſſerit: condicionem filiæ quærendā
eſſe. Me uindicantem ſponſam in libertatem uita ciuiſ deſeret: q̄ fides.
Concitata multitudo erat: certamē que inſtare uidebatur. Lictoreſ Icili-
um circūſteterant. nec ultra minaſ tm̄ proceſſum eſt: cum Appiuſ nō Vir-
giniam defendi ab Icilio: ſed inquietum hoīem/ & tribunatum & nunc
ſpirantem locum ſeditioniſ querere dicerat/ non prebiturz ſe illi eo die
materiā: ſed uiam ſaræ: non petulantiæ ſuæ: ſed Virginio abſenti &
patrio nomini & libertati datum iuſ. eo die non dicturum: neq; decre-
tum interpretaturum. Ani Claudio petituri: ut decederet iure ſuo/ ui
dicariq; puellam in poſterum diem pateretur. quod niſi pater poſte-
ro die adfuiſſet: denuntiare ſe Icilio ſimilibo que Icilij: neque legiſ ſuæ
latorem: neque decēuiro conſtantiam defore: neque ſe unquā collega-
rum lictoreſ conuocaturz/ ad coercendoſ ſeditioniſ auctoreſ: cōten-
tum ſe ſuiſ lictoribo fore. Cum delatum tpūſ iniuriæ eſſet: ſeceſſiſſet
que aduocati puellæ: placuit omīum primum frem Icilij. filiūq; Nu-

mitorij impigros iuuenes pergere inde recta uia ad portam, & quàm
celerari possent Virginium acciri e castris. in eo uerti puellæ salutem
si postero die uindex iniuriæ ad tempus præsto essæt. Iussi pergunt, ca-
tanque equis nuntium ad patrem perferunt. Cum instaret assertor
puellæ ut uindicaret: sponsoresque daret: atque id ipsum agi diceret
Icilius sedulo tempus terens: dum præriperent uter nuntij missi in castra.
Manus tollere undique multitudo & se quisque paratum ad spon-
dendum Icilio dicere & ostendere. Atque ille lacrimabundus: gratum
est inquit crastina die ura opera utar, sponsorum nunc satis est. Ita
uindicatur Virginia spondentibus propinquis. Appius paulisp mora-
tus: ne cuius rei causa sedisse uideretur: postq̃ omissis rebus alijs præ-
torium cuius nemo adibat, domum se recepit. Collegisque in castra
scribit: ne Virginio cõmeatum dent: atque ẽ: in custodia hẽant.
Improbum consilium serum, ut debuit, fuit. Iam .ii. cõmeatu sumpto:
profectus Virginius prima uigilia erat: cum postero die mane de reti-
nendo eo nequicq̃ litteræ reddũtur. At in urbe prima luce: cum ci-
uitas in foro expectatione erecta staret: Virginius sordidatus filiã
secum obsoleta ueste comitantibus aliquot matronis cum ingenti aduo-
catione in forum adducit. Circũire ibi & prensare homines cœpit &
non orare solum precariam opem: sed pro debita petere: se præ liberis
eorũ ac coniugibus cottidie in acie stare: nec uirum alium in exercitu
esse: cuius strenue ac ferociter facta in bello plura memorari possent.
quid prodesse si incolumi urbe: quæ in capta ultima timeantur, libe-
ris suis sint patienda. Hæc prope concionabundus circũibat hoĩes.
Similia his ab Icilio iactabantur. Comitatus muliebris plus tacito
fletu: q̃ ulla uox mouebat. Aduersus quæ omnia obstinato animo
Appius, tanta uis amentiæ uerius q̃ amoris mentem turbauerat, i tri-
bunal ascendit. Et ultro quærente pauca petitore: quod sibi pridie
ius dictum per ambitionem non essæt: prius q̃ aut ille postulatum per-
ageret: aut Virginio respondendi daretur locus: Appius interfatus.
quẽ decreto sermonem prætenderit: forsan aliquẽ uerum auctorem an
tiqui tradiderunt. Quia nullũ q̃ ullum in tanta fœditate decreti ueri si-
milem inuenio: id quod constat nudum uideri proponendum de-
cresse uindiciæ sedm seruitutem. Primo stupor omnes admiratione
rei tam atrocis defixit: silentium inde aliq̃diu tenuit. Deinde cũ M.

Claudius circūstantibꝫ matronis ira ad prendendam uirginem: lamentabilisque eius mulier complorando excepisset: Virginius intentans in Appium manus: Icilio inquit Appi non tibi filiam despondi: & ad nuptias non ad stuprum educaui. Placet pecudum ferarumque ritu promiscue in concubitum ruere. Passuri nec hoc isti sint nescio: non spero passuros illos qui arma hēnt. Cum repelleretur assertor uirginis a globo mulierum circūstantiūque aduocatorum: silentium factum per præconem. decēuir alienato ab libidine animo negat externo tm conuitio Icilij: uiolentiaque Virginij: cuius testem populū ro. hēat: sed certis quoq; indiciis compertum se hīe nocte tota coetus in urbe factos esse: ad mouendam seditionem. Itaq; se haud insciū eius dimicationis cum armatis descendisse: non ut quenquā quietum uiolaret: sed ut turbantes ciuitatis otium pro maiestate imperij coerceret: proinde quiescerent. melius erit inquit lictor submoue turbam. & da uiam dño ad prēdendum mancipium. Cum hoc intonuisset plenus iræ: multitudo ipa se sua sponte dimouit. desertaque præda iniuriæ puella stabat. Tum Virginius ubi nihil usqm auxilij uidit: quæso inquit Appi primum ignosce patrio dolori. si quid intlementius inter sum inuectus: deinde sinas hic coram uirgine nutricem percontari: quid hoc rei sit: ut si falso pater dictus sum æquiore hinc animo discedam. Data uenia seduxit filiam ac nutricem prope cloacinæ tabernas: quibo nunc at Ioan. nomen: atque ibi a lanio cultro abrepto: hoc te uno quo possum ait mō filia in libertatem uindico. Pectus deinde puellæ transfigit: respectansq; ad tribunal: te inquit Appi tuūque caput sanguine hoc consecro. Clamore ad tam atrox facinus orto excitus Appius comprehendi Virginiū iubet. Ille ferro quacunq; ibat uiam facere: donec multitudine eā prosequentium tuente ad portam perrexit. Icilius humitoriusq; exanque corpus sublatum ostentant populo. Scelus Appij puellæ infelicem fortunam: necessitatem patris deplorant. Sequentes clamitant matronæ eam ne liberorum procreandorum conditionem: ea pudicitiæ præmia esse. Cetera quæ in tali re muliebris dolor quo est mœstior ībecillo animo: eo miserabilia magis querentibꝫ subijcit. Virorum & maxīe Icilij uox tota tribuniciæ potestatis ac prouocationis ad populum ereptæ publicarūque indignationum erat. Concitatur multitudo prim atrocitate sceleris: ptim spe per occasionem repetendæ libertatis. Appius nunc

uocari Icilium, nunc retractantem arripi: postremo, cum locus adeun
di apparitoribꝰ non daretur: ipē cum agmine patriciorꝫ iuuenū per
turbam uadens in tunicula diui iubaꝫ. Iam circa Icilium non solū mꝫ
titudo: sed ducesq; quoq: multitudinis erant. L. Valerius & M. Oratius:
qui repulso lictore, si iure ageraꝫ: uindicare se a priuato Icilium aiebāt.
Si uim afferre conarentur: ibi quoque se haud imparesq; fore. hīc Atrox
rixa oritur. Valerium Oratiūque lictor decemuiri inuadit. frangūtur
a multitudine fasces. In contionem Appius ascendit. Secutus Oratius Va
leriusque. Cos contio audit: decēuiro obstrepitur. Iam pro impio Valeri
us discedere a priuato lictores iubebat. Confractis animis Appius uite
menteṁ in domum se propinquam foro insciis aduersariis. capite obuolu
to recepit. Sp. Oppius ut auxilio collegæ esseṫ, in forū ex altera parte
irrumpit. Vidit impium ui uictum: agitatis deinde consiliis atq; ex
omni pte assentiendo multus auctoribꝰ trepidauerat. Senatū postre
mo uocari iussit. Ea res quod magnæ parti patrū displicere acta de
cemuirorū uidebatur: spe per senatum finiendæ potestatis eius mī
titudinem sedauit. Senatus nec plebem irritandam censuit. & mī
to magis prouidendum ne quid Virginij aduentus in exercitus mo
tus faceret. Itaque missi iuniores patrum in castra: quæ tum in mō
te Verilio erant, nuntiant decemuiris: ut omni opē ab seditione mi
lites contineant. Vbi Virginius maiorem q̄ reliquerat in urbe motū
excuit. Nam præter q̄ quod agmine prope quadrigentorū hominū
ueniens: qui ab urbe indignitate rei accensi comites ei se dederant, cō
spectus est: strictum & telum tenens: respersusque ipē cruore tota ī se
castra conuertit. & togæ multifariam in castris uisæ, maioris aliqn
to q̄ erat speciem urbanæ multitudinis fecerāt. Quærentibꝰ qd rei
essēṫ, flens diu uocem non misit. Tandem: ut iam ex trepidatione
concurrentium turba constitit, ac silentium fuit: ordine cuncta ut
gesta erant exposuit. Supinas deinde tendens manus cōmilitones
appellans orabat: ne quod scelus Appij Claudij esset: sibi attribuerēt:
neu se ut parricidā liberum aduersarentur: sibi uitam filiæ suæ ca
riorem fuisse: si libere ac pudice uiuere licitum fuissēṫ. Cum uelut
seruam ad stuprum rapi uideraṫ: morte amitti melius ratum: q̄
contumelia liberos. Misericordia se in speciem crudelitatis lapsū: nec
se supstitem filiæ futurꝫ fuisse: nisi spem ulciscendæ mortis eius in

auxilio cōmilitonum habuisse. Illi quoque filiae, sororesq; conui-
ges esse. nec cum filia sua Appij Claudij libidinem extinctam esse:
sed quo impunitior sit eo effrenatiorem fore. Alia calamitate do-
cumentum datum illis cauendae similis iniuriae. Quod ad se attine-
at uxorem sibi fato ereptam: filiam, quia non ultra pudica u-
dura fuerit: misera sed honesta morte occubuisse. Non esse iam
Appij libidini locum in domo sua. Ab alia uiolentia cuiq; eodem se
animo corpus uindicaturq: quo uindicauerit filiae: ceteri sibi ac li-
beris suis consulerent. Haec Virginio uociferanti subclamat mul-
titudo: nec illius dolori nec suae libertati se defuturos. & immixti tur-
bae militum rogant eadem illa quaerendo docendoque quanto
usa q̄ audita indigniora potuerint uideri. simul profligatam iam
rem nuntiando romae esse. Insectatosque qui Appium prope inte-
remptum in exilium abisse. dicerent. perpulerunt: ut ad arma
conclamaretur. uelleretq; signa & romam proficisceretur. De-
centum simul his quae uidebant: his quae acta romae audie-
rant, perturbati. aliusq; in aliam partem castrorq; ad sedandos motus
discurrunt. Et leuiter agentibus responsum non redditur. Impu-
si quis inhiberet & uiros & armatos se esse respondetur. Cur agmi-
ne ad urbem: & aduentinum insidunt ut quisque occurrerat:
plebem ad repetendam libertatem: creandosque tribunos pl. adhor-
tantes. Alia nox nulla uiolenta audita est. Senatui Sp. Oppius
habet: nihil placet; aspere agi: quippe ab ipsis datum locum seditio-
nis esse. Mittuntur nec legati consulares Sp. Tarpeius. L. Iulius.
P. Sulpicius: qui quaererent senatus uerbis: cuius rei castra dese-
ruissent: aut quid sibi uellent: quod armati aduentinū obsedissēt
bello que auerso ab hostibus patriam suam capissent. Non defuit qd
responderetur. deerat qui daret responsum. nullo dum certo duce:
nec sane audentibus singulis se inuidiae offerre. Id mō a multitudi-
ne conclamatum est: ut L. Valerium & M. Horatium ad se mitterent
his se daturos responsum. Dimissis legatis admonet miles Virgi-
nius: in re non maxima paulo ante trepidatum esse: quia sine capi-
te multitudo fuerit: responsū que q̄q̄ non mutilum: fortuito tamen
magis consensu q̄ communi consilio esse: placere deum creari: qui
summae rei p. praesint militariq; honore tribunos militū appellā-

Cum ad eum ipm primum ſ honoſ deferretur: meliorib meiſ uirſque
rebꝰ reſeruate inquit iſta deme nudina. Nec mihi filiam in tuta hono
rem ullam iocundum eſſe patitur: nec in purbata re.p. coſ uule eſt
praeſſe uobiſ: qui proximi inuidiæ ſint. Si quiſ uiuſ mei eſt nihilo
minor ex priuato capietur. Item decem numero tribunoſ militareſ
creant. Neque in ſabiniſ quieuit exercituſ. ibi quoq; auctore Ici
lio Numitorio que ſeceſſio ab decemuiriſ facta eſt: non minore mo
tu animoꝝ. Sicq; cediſ memoria renouata: q̄ quæ noua fama de uir
gine adeo fœde ad libidinem petita accenderat. Icilius ubi audiuit
tribunoſ militum in aduentino creatoſ: ne cominoꝝ militarium prae
rogatiua urbana comitia iſdem tribuniſ plebiſ creandiſ ſequerētur
pertinſ rerum popularium imminenſque poteſtate eundem numerū
ab ſuiſ creandum curat: per portam collinam urbem intrauerunt: Sb
ſigniſ mediaque urbe agmine in aduentinum pergunt. Ibi communi
ti aduersꝰ exercitu: tribuniſ militum negotium dederunt: ut ex ſuo nume
ro duoſ crearent: qui ſūmæ rerum praeeſſent, M. Oppium Sex. Mani
lium creant. Patreſ ſolicitu de ſūma rerum: cum ſenatuſ cotidie cō
uiriſ ſepiuſ terunt tempuſ: q̄ conſiliſ. Sicq; cedeſ decēuiriſ. & ap
piana libido &: dedecora militiae obiiciebantur. Placebat Valerium
Oratiū que ire in aduentinum. Illi negabant ſe aliter iturоſ: q̄ ſi decē
uiri deponerent inſignia magiſtratuſ eiuſ quo anno iam ante abiiſſent.
Decemuiri querentes ſe in ordinem cogi: non ante q̄ perlatiſ legib q̄ru
cauſa creati eſſent: depoſituroſ ſe impium aiebant. Per M. Duillū: qui
tribuniſ plebiſ fuerat: certior facta plebſ: contentionib aſſiduiſ nihil
tranſigi: in ſacrum montem ex aduentino tranſit: affirmante C. Duillio
non priuſ q̄ deſeri urbem uideant: curam in animoſ patrum deſcenſu
ram: admonituruм ſacrum montem conſtantiae plebiſ. Senatoſq; ſine
reſtituta poteſtate dirigi in concordiam reſ nequeant. Via numentana
eu tum fulgenſi nomen fuit: tum profecti caſtra in monte ſacro locauē
modeſtiam patrum ſuoꝝ nihil uiolando imitati. Secuta exercitū plebſ
nullo qui per ætatem impedire poſſit retractante: proſecuntur cōiuges
liberique: cui nam ſe relinquerent in ea urbe: in qua nec pudicitia nec
libertaſ ſancta eſſet: miſerabiliter roganteſ. Cum uaſta rome omia
inſueta ſolitudo feciſſet: & in foro praeter paucoſ ſenioꝝ nemo eſſet: uo
catiſ unque in ſenatū patribꝰ: deſertum apparuiſſe foꝝ: plureſ iam q̄

oratuſ a Valeriuſ uociferabantur. Quid expectaſ.p.c. ſi decemuiri
finem ꝓmaniæ non faciunt ruere ac deflagrare omĩa paſſuri eſtiſ. Quid
aũt iſtud impium eſt decemuiri quod amplexi teneniſ. tectiſ ac parie-
tibuſ iura dicturi eſtiſ. Non pudet lictorum urõrum maiorem prope
numeꝝ in foro conſpiciq; togatoꝝ aliorũque. Quid ſi hoſtes adueni-
ant facturi eſtiſ. Quid ſi plebſ mox ubi parum ſeceſſione moueamur ar-
mata ueniat. Occaſu neu urbiſ uultuſ finire impium. Atqui aut plebs
non eſt habenda: aut habendi ſunt tribuni plebiſ. Noſ ciuiuſ caruerim⁹
patriciſ magiſtratib⁹: q̃ illi plebeiſ. nouam inexpiamq; eam poteſtatẽ
eripuere patribuſ nr̃iſ: ne nunc dulcedine ſemel capti finiant deſideriũ
cum præſertim nec noſ temperemuſ impiiſ: quo minuſ illi auxilij egeãt.
Cum hæc ex omni parte iactarentur, uicti decẽuiri futuroſ ſe q̃ndo ita
uideatur in poteſtate patrum affirmant. Id mõ ſimul orant ac monent
ut ipſi ab inuidia caueatur: ne ſuo ſanguine ad ſupplicia patrum plebem
aſſuefaciant. Tum Oratiuſ Valeriuſque miſſi ad plebem: conditionib⁹
quibuſ uideretur reuocandam: componendaſque reſ. Decemuiriſ quoq;
ab ira & impetu multitudiniſ præcauere iubentur. Profecti gaudio in-
genti plebiſ in caſtra accipiuntur: quippe liberatoreſ haud dubie & mo-
tuſ initio & exitu rei ob hoc ipſ aduenientib⁹ gratiæ actæ. Icilius ꝓ mul-
titudine uerba facit. Idem cum de conditionibuſ ageretur. quærentibuſ
legatiſ: quæ poſtulata plebiſ eſſent: compoſitoque iam ante aduentũ lega-
torum conſilio: ea poſtulauit: ut appareret & in æquitate rerũ pluſ q̃ in
armiſ reponi ſpei. Poteſtatem .h. tribuniciam prouocationẽque reperebãt
quæ ante decẽuiroſ creatoſ auxilia plebiſ fuerant: & ne cui fraudi eſſet
conſciſſe militeſ aut plebem ad repetendam per ſeceſſionem libertatẽ. De
decẽuiroꝝ mõ ſupplicio atrox poſtulatum fuit. Dedi quippe eoſ æquum
cenſebant. uiuoſque igni concrematuroſ minabantur. Legati ad ea quę
conſilij erant fuerunt adeo æqua poſtulaſtiſ: ut ultro uobiſ deferenda
fuerint. Libertati .h. ea præſidia petiſ non licentiæ ad impugnandoſ ali-
oſ. Iræ uiæ magiſ ignoſcendũ: q̃ indulgendũ: quippe qui crudelitatiſ o-
dio in crudelitatem ruiſ: & priuſ pene q̃ ipi liberi ſiniſ dñari iam ĩ ad
uerſarioſ uultiſ. Hunq̃ requieſcet ciuitaſ nr̃a a ſupplitiiſ aut patrũ in
plebem romanam: aut plebiſ in patreſ. Scuto uobiſ magiſ q̃ gladio opuſ
eſt. Satiſ ſuperq; humiliſ eſt qui iure æquo in ciuitate uiuit: nec inferẽ-
do iniuriam nec patiendo. Etiã ſi q̃n metuendoſ uoſ prebituri eſtiſ:

cum recipant magistratibus legibusque uim: nudina penes uos erit: de
capite nro fortunisque: tunc ut quæque causa erit statuetis. nūc liber-
tatem repeti satis est. Facerent ut uellent: pmittentibo cunctis: mox re-
dituros se: legati rebo perfectis affirmant. Profecti: cum mandata ple
bis patribo exposuissent: alij decēuiri qñ quid præter spem ipōr: suppli-
tij sui nulla mentio fiera: haud quicq̄ abnuere: Appius truci ingenio
& inuidia præcipua: odium in se alior: suo in eos metiens: odio. haud
ignoro inquit imina: fortuna uideo donec arma aduersarijs tradā-
tur: differri aduersus nos certamen: dandus inuidiæ est sanguis. Nihil
quid moror: quo minus decēuiratu abeam. Facti: senatus consultum
fuit: ut decēuiri se primo quoq: tpre magratu abdicarent: Q. furius
pontifex maximus tribunos plebis creara: & ne cui fraudi essa secess-
sio militum plebisque: His senatus consulto pfectis: dimisso senatu: decē
uiri prodeunt in contionem: abdicantque se magratu ingenti hominū
letitia. Nuntiantur hæc plebi. Legatos quicqd in urbe hominū superat
psequitur. huic multitudini læta alia turba ex castris occurrit. Congra-
tulantur libertatem concordiā que ciuitati restitutam. Legati pro contiōe
quod bonum faustum felixque sit uobis rei que p. redite in patriā ad
penates coniuges liberos que uros. Sed qua hic modestia fuisti ubi nilli
us ager in tot rerum usu necessario tante multitudini est uiolatus: eaz
modestiam ferte in urbem. In aduentinum ite unde profecti estis. Ibi
felici loco ubi prima initia incohastis libertatis ure tribunos plebis cre
abitis. præsto erit pontifex maximus qui comitia hēat. Ingens assen-
sus alacritasq; cuncta approbantiū fuit. Conuertunt inde signa: profe-
ctiq; romam: certant cum obuijs gaudio armati per urbem silentio: in t
aduentinū perueniunt. Ibi extemplo pontifice maximo comitia habēre
tribunos plebis creauerunt: omiū primum A. Virginiū: inde L. Icilii:
& P. Numitoriū, auunculuz Virginij auctores secessionis: & L. Sicinnū
progeniem eius quem primū tribunuz plebis creatum in sacro monte pro
ditum memoriæ est. & M. Duillium: qui tribunatum insignem ante de
cēuiros creatos gesserat: nec in decēuiralibo certaminibo plebi defuerat.
Spe deinde magis q̄ meritis electi M. Ticinius. M. Pomponius. C. Appron.
Appius Iuliius. C. oppius. Tribunatu inito L. Icilius extemplo plebem ro-
gauit: & plebs scuit: ne cui fraudi essa: secessio ab decēuiris facta. Con-
festim de consulibo creandis cum prouocatione M. Duillius rogationem

pertulit. Ea omnia in patrū flaminijs consilio plebi acta. quæ nūc circū flamminium appellant. Per interregem deīn consules creati L. Valerius M. Oratius. qui extemplo magistratum acceperunt. Quoꝝ consulatus populares sine ulla patrum iniuria nec sine offensione fuit. Quicqd. n. libertati plebi cauebatur. id sibi decedere opibꝫ credebant. Omniū primum. cū ueluti in controuerso iure essẽt. tenerentur ne patres plebi scitis. legem centuriatis comitijs tulere. ut quod tribunis plebi iussissẽt. populus teneret. Qua lege tribunitijs rogationibꝫ telum acerrimuꝫ datum est. Aliā deinde consularem legem de prouocatione. unicum presidium libertati decernenti potestate euersam non restituunt mō. sed ẽt in posterꝫ munīūt. sanciendo nouā legē. ne quis ullum magistratum sine prouocatione creareẽt. qui creassẽt cum iure fasque essẽt occidi. ne ue ea cædes capitalis noxæ haberet.

Et cum plebem hinc prouocatione hinc tribunitio auxilio satis firmassent. ipsi quoq; tribuni. ut sacro sancti uiderēntur (cuius rei prope iā memoria aboleuerat) relati quibusdaꝫ ex magno intermissis cerimonijs renouarūt ẽt. tum religione inuiolatos eos. cum lege ẽt fecerunt. sanciendo. ut qui tribuni plebi. ædilibꝫ iudicibꝫ uiris nocuissẽt. eius caput Ioui sacrum esseẽt. familia que ad ædem cererī. liberi liberæque uenum irent. Hac iuris lege interpretes negant quēquaꝫ sacro sanctum esse. sed caput eius. q eorꝫ cuiquā nocuerit sacrum esse id sanciri. Itaque prendi duci que ædilem a maioribꝫ magistratibus. quod ẽt si non iure fiat. nocere n. ei cum hac lege non liceat. tm argumentum esse non haberi pro sacro sancto ædilē.

crearentur. In interregno rem dieſ cōplureſ tenuit. Interrex ac ſe-
natuſ conſulum comitia. tribuni pl. inde plebſ tribunorꝝ militum
ut hēantur contendunt. Vicerunt patreſ: quia & plebſ patriciſ ſeu
hunc ſeu illum delatura honorem, fruſtra certare ſupſedit. Et prima-
peſ plebiſ ea comitia malebant: quibꝫ non hrētur ratio ſua: q̄ quibꝫ
ut indigni prætērirent. Tribuni quoq; plebiſ certamen ſine effectu
in beneſino apud primoreſ patrum reliquere. T. Quintiuſ Barbatuſ
interrex conſuleſ creat: L. Papirium Mugilanū, L. Sempronīū At
tratinum. His conſulibꝫ cum Ardeatibꝫ fœduſ renouatum eſt. Idq;
monumenti eſt conſuleſ eoſ illo anno fuiſſe: qui neq; in annalibuſ
priſcis neque in libris magīratuum inueniūtur. Credo qđ tribuni
militum in initio anni fuerunt: eo pinde ac per totum annū in im-
pio fuerint: ſuffectiſ his conſulibꝫ, prætermiſſa nomīa conſulū. Hor-
Liciniuſ Mater auctor eſt & in foedere ardeatino & in linteiſ liberiſ. T addmonett
Tum & foriſ cum tot terroreſ a finitimiſ oſtentati eſſent: & domi omīa
fuit. hunc annum ſeu tribunoſ mō ſeu tribuniſ ſuffectoſ conſuleſ
habuit. Sequitur annuſ haud dubiſ conſulibꝫ M. Geganio Mace-
rino iterꝫ. T. Quintio Capitolino qntum conſule. Idem hic annuſ cen
ſuræ initium fuit: rei a parua origine ortæ: quæ deīn tanto incremē-
to aucta eſt: ut morum, diſciplinæque romanæ peneſ eam regimen
ſenatuſ, equitūque centuriarꝫ decoriſ dedecoriſq; diſcrimen, ſub cō-
ditione eiuſ magīratuſ publicorꝫ iuſ priuatorꝫque locorꝫ & uecti-
galia populi ro. ſub nutu atque arbitrio eſſent. Ortum aut̄ initiū
eſt rei quod in populo p multoſ annoſ incenſo: neque differri cenſuſ
poterat: neque in conſulibꝫ: cum tot populorꝫ bella imminerēt: ope
erat id negotium agere. Mentio illata ab ſenatu eſt: rem operoſam
ac minime conſularem: ſuo proprio magīratu egere: cui ſcribarus
miniſterium cuſtodiæque & tabularꝫ cura: cui arbitriū formulæ
cenſendi ſubijceretur. Et patreſ q̄q̄ rem paruam: tn̄ quo plureſ pa-
tricij magīratuſ in re. p. eſſent: læti accepere. Id quod euenit, futurꝫ

credo ā: rati: ut mox opes eorum, qui præessent ipi honori ius mate
statemque addicerent. Et tribuni id quod tunc erat magis neces
sarium: q̄ speciosi ministerij procurationem intuentes: ne in paruis
quoq; rebꝰ mcōmode aduersarentur: haud sane tetendere: cum a
primoribꝰ ciuitatis spretus honor esset: Papirium Semproniumque
quorꝝ de consulatu dubitabatur: ut eo magīatu pars solidum consula
tum explerent censui agendo populus suffragiis præfecit. Censores ab
re appellati sunt. Dum hæc romæ geruntur: legati ab ardea ueniunt
pro uetustissima sotietate: renouandoque fœdere recenti: auxiliū pro
pe euersæ urbi implorantes: frui nanque pace optimo consilio cum
populo.ro. seruata: per intestina arma non licuit. Quorꝝ causa atque
initium traditur ex certamine factionum ortum. Quæ fuere eruntque
plurimꝰ populis magis exitio. q̄ bella externa. q̄ fames morbi ue. q̄ quæ
alia in deum iras uelut ultima publicorꝝ malorꝝ uertunt. Virginē ple
bei generis maxime forma noram petiere iuuenes: alter uirgini genere
par tutoribꝰ fretus: qui & ipī eiudem corporis erant. Nobilis alter nilā
re præter q̄ forma captus. Adiuuabant eum optimatum studia: p quæ
in domum quoq; puellæ certamen primum penetrauit. Nobilis superior
iudicio matris esse. quæ q̄ splendidissimis nuptijs puellā nūq; uolebat.
Tutores in ea quoq; re partium memores ad suum tendere. Cum res
peragi intra parietes nequisset: uentum in ius est. Postulato audito
matris tutorꝝque magīatus secūm parentis arbitriū dant ius nupti
arum. Sed uis potentior fuit: nanq; tutores inter suæ pris homines
de iniuria decreti palam in foro contionantis manu facta uirginem
ex domo mris rapiunt. Aduersus quos infestior coorta optimatū acies,
sequitur accensum iniuria iuuenem. fit prœliū atrox. pulsa plebs. ni
hil romanæ plebi similis: armata ex urbe profecta: colle quodā capto:
in agros optimatum ferro igni que excursiones facit. Vrbem quoq; oīs
& iam exitem ante certaminis multitudine opificum ad spem prædæ ad
uocata obsidere parat. Nec ulla spes cladesque belli abest: uelut con
tacta ciuitate rabiæ duorꝝ iuuenum funestas nuptias ex occasu prīæ
petentium. Parum parti utriq; domi: armorꝝ bellique est usū. Optima
tes romanos ad auxilium urbis obsessæ: plebs ad expugnandū secum
ardeam uolscos excuere. Priores uolsci duce equo Cluilio ardeā uenē.
mœnibꝰ hostium uallum obiecere. Quod ubi romæ est nunnatū ex-

templo M. Geganius consul cum exercitu profectus: tria milia passuū ab hoste locum cepit castris: precipinque iam die curare corpora milites iubet. Quarta deinde uigilia signa profert: coeptūque opus adeo properatum est: ut sole orto uolsca firmiore se munimento ab romanis circumuallatos: q̄ ab se urbem uiderent. Et alia parte consul muro ardeae brachiū inuumxerat: ut ex oppido sin comeare possent. Volscus impator: qui ad eā diem non comeatu preparato: sed ex populatione agroꝝ rapto in dies frumento aluisset militem: postq̄ septus uallo repente inops omnium retractat: ad colloquiū consule euocato: si soluendæ obsidionis causa uenerit romanus: abductuꝝ se inde uolscos ait. Aduersus ea consul uictis conditiones accipiendas esse: non ferendas respondit. neque ut uenerint ad oppugnandos sonos populi ro. suo arbitrio ita abituros uolscos esse. Dedi impatorem arma poni iubet: fatentes uictos se esse: & imperio parere: aliter tā abeūtibus q̄ manentibus se hostem infestum: uictoriam ponus ex uolscis: q̄ pacem infidam romam relaturum. Volsci exiguam spem in armis ponentes: alia undique absciſa cum cētassent preter cetera aduersa: loco quoq; iniquo ad pugnam congressi: iniquiore ad fugam: cum ab omni parte cederētur ad preceps certamine uersi. Dedito impatore: traditisque armis: subiugū missi: cum singulis uestimentis ignominiæ cladisque plenī dimittuntur.

Et cum haud procul urbe tusculo consedissent: uetere tusculanorum odio inermes oppressi dederunt poenas: Vix nuntius cædis relictus. Romanus ardeæ turbatas seditione res: principibus eius motus securi pulsis: bonisq; in publicum ardeatium redactis composuit. dempta inuriam uidiuj tanto beneficio populi ro. ardeates credebant. senatui superesse aliquid ad delendum publicæ auaritiæ monumentum uidebatur. Consul triumphāns in urbem redijt: Titulio duce volscoꝝ ante currum ducto: prælatisque spolijs: quibꝰ dearmatum exercitum hostium subiugum miserat. Æquauit quod haud facile est, Quintius consul rogatus armata gloriam collegæ. qui concordiæ pacisque domesticam curam iura infimis summisq; moderando. ita tenuit: ut cum & patres seueryꝝ consulem: & plebs sanctum comem crediderit. Et aduersus tribunos plura q̄ certamine tenuit. Quīq; consulatus eodem tenore gesti: uitaque omnis consulariter acta, uerēdū pene ipm̄ magis: q̄ honores fauebant. Eo tribunoꝝ militarium nulla mēno his consulibꝰ fuit. Consules creant M. fabium lubilanū Postumium Ebucū Cornicinem. Consules quo maiori gloriæ rerum domi forisq; gestaꝝ

ſuccedere cernebant: maxime aut̄ memorabilem annum apud finitimos
ſonos hoſtesque eſſe: quod ardeanbo in re præcipiti tanta fortuna ſub
uentum: eo impenſius ut delerent prorſus ex animis hominū infamiam
nudiq; ſenatus conſultum fecerunt: ut quoniā ciuitas ardeatium intestino
tumultu redacta ad paucos eſſet: coloni eo præſidii causa aduerſus vol-
scos ſcriberentur. hoc palam relatum in tabulas: ut plebem tribunosque
faller&. Iudiq; reſidendi conſilium initum. Conſenſerant aut̄: ut multo
maiore pte Rutulorū colonorum q̄ romanorū ſcripta. Nec ager ullus dim-
deretur niſi is: qui interceptus nudiq; erat infami: nec ulli priuſ romāo
ibi q̄ omnibus Rutulis diuiſus eſſet: gleba ulla agri aſſignaretur. Sic ager
ad ardeates redijt. Triumuiri ad coloniam ardeam deducendam creati.

A grippa Menenius. L. Titius Siccius. M. Ebutius Elua: qui mīme popu
lare miniſterium agro aſſignando ſonjſ: quæ populus ro. ſuū iudicaſſet:
cum plebem offendiſſent: ne primoribus quid patrum fauiſſe acceptū: q̄d
nihil gratiæ cuiquā dederant: uexationes ad populum iam die dicta a
tribunis: colonis aſcriptis remanentibus in colonia: quā teſtem integrita
tis uſtinaeque hēbant uitauere. Pax domi forisque fuit: & in hoc &
inſequenti anno L. Furio Petilio & M. Papirio Craſſo conſulibus. Iudi ab
decēuiris per ſecceſſionem plebis a patribus ex ſenatus conſulto non: eo
anno facti ſunt. Cauſa ſeditionum nequicq̄ a Petilio quæſita: qui tri
bunus pl. uterq; ea ipā denuntiando factus: neque ut de agris diuidēdis
plebi referrent conſules ad ſenatum pumere potuit: & cum magno
certamine obtinuiſſet: ut conſulerentur patres/ conſulum an tribuno
rum placeret comitia hri: conſules creari iuſſi ſunt. Ludibrio q: erant
mine tribuni denuntiantis ſe delectum impediturq;: cum quietis fini
timis neque bello neque belli apparatu opus eſſet. Sequitur hanc trā
quillitatem rerum annus Geganio Macerino L. Menenio Lanato con
ſulibus: multiplici clade ac periculo inſignis/ ſeditionibus. fame. regno pro
pe per largitionis dulcedinem in cernicē accepto. Vnum aſſuit bellū ex
ternum: quo ſi aggrauatæ res eſſent: uix ope deorū omnium reſiſti po
tuiſſet. Coepere a fame mala. ſeu aduerſus annus frugibus fuit: ſeu
dulcedine communium & urbis. deſerto agrorū cultu. nam utrique tra
ditur. Et patres plebem deſidem: & tribuni pl. nunc fraudem: nunc
negligentia conſulum accuſabant. Poſtremo perpulere plebi haud ad
uerſante ſenatu: ut L. Minutius præfectus annonæ crearetur. feliior

in eo magiſtratu ad cuſtodiam libertatiſ futuruſ: q̄ ad curationē miniſte
rij: q̄q̄ poſtremo annonæ quoq; leuatæ haud īmeritam grām & gliam
tulit. Qui cum multiſ citra finitimoſ populoſ legationibꝫ terra mariq;
nequicq̄ miſſiſ: niſi quod ex etruria haud ita multum frumēti aduectū
eſt: nullum momentū annonæ feciſſet: & reuoluturſ ad diſpenſationem
inopiæ confiteri cogendo frumentū & uendere quod uſu menſtruo ſupeſ
ſet: fraudandoq; ptem diuturni cibi ſeruitia: criminando inde & ob
iiiendo ire populi frumentariof: acerba inquiſitione apiret: magiſq̄ le
uata inopiam: multi ex plebe ſpe amiſſa potiuſ q̄ cruciarentur trahen
do animā capitibꝫ obuoluiſſe in tyberim præcipitauerunt. Cum ſp.
Mæliuſ ex equeſtri ordine: ut illiſ tp̄ribꝫ prædituſ rem utilem peſſimo
exemplo peiore conſilio eſt aggreſſuſ. frumentum nanque ex etruria
priuata pecunia per hoſpitium clientiiq̄ miniſteria coempto: quæ cre
do ipā re ad leuandam publicam curam annonæ impedimento fuit:
largitioneſ frumenti facere inſtituit. plebemq; hoc munere delinitam
quacunque incederet conſulis pectuſ gerenſ, elatuſque ſupra modū ho
minuſ priuati ſecum trahere haud dubium conſulatum ei fauore ac ſpe
deſpondentem. Ipſe ut eſt humanuſ animuſ inſatiabiliſ: eo quod fortu
na ſpondet ad altiora & non conceſſa tendere. Et q̄m conſulatuſ quoq;
eripiendus inuitiſ patribꝫ eſſet de regno agitare: Id unum dignū tāto
apparatu conſiliorū & certaminū: quod ingens exudandum eſſet præ
mium fore. Iam comitia conſularia inſtabant: quæ res cum nec diu
compoſitiſ rebuſ maturiſue ſani conſilijſ oppreſſit. Conſul ſextū cre
atuſ T. Quintius Capitolinuſ mīme opportunuſ uir nouanti rei colle
ga ei additur, Agrippa Meneniuſ: cui lanato erit cognomen. & L.
Minutius præfectuſ annonæ ſeu refectuſ ſeu quoad res poſceret,
in incertum creatuſ. Nihil H. conſtat niſi in libroſ lintheoſ utroq; āno
relatum inter magiſtratuſ præfecti nomen. Hic Minutius eandē rei
p. curationem agens: quā Mæliuſ priuatim agendam ſuſcepat: cum
in utraq; domo genuſ idem hominū uerſaretur: rem compertam
ad ſenatum refert. tela in domum Mælij conferri: eūque contioēſ
in domo hīre: ac non dubia regni conſilia eſſe: tempuſ agendū rei
non dum ſtare: cætera iam conueniſſe: & tribunoſ mercede ēptoſ
ad prodendam libertatem & partita ducibꝫ in multitudinem mi
niſteria eſſe: ſeruiſ ſe pene q̄ tutum fuerit ne alicuiuſ incerti uanitq;

auctor essꝫ: id ferre. Quæ postq̄ sunt audita undique primores pa-
trum prioresꝫ anni consules increpare: quod eas largitiones coetusq;
plebis in priuata domo passi essent fieri: & nouos consules qd expectas-
sent donec a præfecto annonæ tanta res ad senatum deferretur: quę
consulem non auctorem solum desiderarent: sed ꝯa ūdicem. Tuz
T. Quintius consules īmerito increpari ait: qui constricti legib⁹ de pro-
uocatione ad dissoluendum impium latis: nequaq̄ tm̄ uirium in ma-
gistratu ad eam rem pro atrocitate uindicandam q̄ntum animi hrent.
Opus esse non forti solum uiro: sed & libero exsolutoque legū uinculis.
I taque se dictatore L. Quintium dicturꝫ: ibi animū parem tantæ prāti
esse. Approbantib⁹ cunctis: primo Quintius abnuere: & quid sibi illi
uellent rogitare: qui se ætate exacta tantæ dimicationi obiicerent.
D eīn cum undique plus in illo senili animo: non consilij mō: sed ꝯaz
uirtutis esse: q̄ in omnib⁹ aliis diceret: laudibusq; haud immeritis
honerarent: & consul nihil remitteret: precatus tandem deos īmorta-
les cunctatus: ne senectus sua intam trepidis rebus damno dedecori
ue rei.p. esset: dictator a consule dicitur. Ipse deīn L. Seruiliū halā
magrum equitum dixit. Postero die dispositis præsidijs: cum i forꝫ
descendisset: conuersaque in eum plebs nouitate rei ac miraculo esset:
& Mæliani atq; ipē dux eorꝫ in se intentam uim tanti imperij cerne
rent: exptes consiliorꝫ regni: qui tumultus: quod bellum repens: aut
dictatoriam maiestatem: aut Quintiū post octogesimum annū recto-
rem rei.p. quæsissꝫ rogitarent: missus a dictatore Seruilius magr
equitum ad Mælium uocat te inquit dictator. Cum paueduisse
quid uellꝫ quæreretꝫ: Seruiliusq; causam dicendam esse præponeret:
crimēque a Minutio delatum ad senatum diluendum: tum Mælius
recipere se in cateruam suorꝫ: & primū circūspectans terquersans: post-
mo cum apparitor iussu magri eqtum diueretꝫ: ereptus a circūstanti-
bus: fugiensq; fidem plebis ro. implorare: & opprimi se consensu patrꝫ
dicere: quod plebi benigne fecissꝫ: orabat opem sibi ultro in discrimie
ferrent: ne ue ante oculos suos trucidari sinerent. Hæc cum uociferā-
tem assecutus hala Seruilius, obtruncat. Respersusque cruore obtrun-
cati: shpatus a caterua patriorꝫ iuuenum: dictatori renunnat uoca-
tum ad eum Mælium, repulso apparitore, concitantem multitudinē,
poenā meritam hre. Tunc dictator macte uirtute inqt L. Seruili

esto liberata re p. Tumultuantem deinde multitudinē incerta existi
matione facti ad concionem uocari iussit. & Maelium iure cesū pro
nunciauit: & si regni discrimine insons fuerit: qui uocatus a magro
equitum ad dictatorem non uenisset: Se ad causam cognoscendam
consedisse: qua cognita habiturū fuisse melius/similes caussę for
tunam: Vim paratiem ne tudino se cōmittere: ut certatum esse.
nec cum eo tanq̄ cum cive agendum fuisse: qui natus in libero ppło
mina iura legesq:/ ex qua urbe exactos sera regesq: eodeq; anno
sororis filios/& liberos consiliis libertatis patriæ pp pactionē indi
catam recipiendosq in urbem regum ab patre ferum esse persuasos.
Ex qua collatinum Tarquinium consulem nominis odio abdicare se
a magrātu atque exulare iussum. In qua de Sp. Cassio post aliq̄t
annos pp consilia inita de regno sumptum supplicium. In qua nu
per decēuiros: bonis/exilio/capite multatos ob superbiam regiam. In
ea Sp. Maelius spem regni concepit. Et quis homo? q̄q̄ nullam
nobilitatem: nullos honores: nulla merita cuiq̄ ad dnationē pan
dere uiam: Sed tū claudios cassios consulatibo decēuiratibo sui
maiorūq; honoribo splendore familiarum sustulisse animos. Quo
nefas fuerit: frumentarium diuitem bilibræ farris speraisse libertatem
se ciuiū suorq emisse: Liboque obijciendo, ratum uictorem finitimorq
omnium populū in seruitutem pellici posse: ut quem senatore ferre
ciuitas uix possa regem ferrā: Romuli conditoris ab dijs orti rece
pti ad deos insignia atque impium hostem: non pro scelere id magis
q̄ pro monstro habendum. Nec satis esse sanguine eius expiatū: nisi
tecta parietesque intra quę amentiæ tantum conceptum esset dissi
pentur. bona que contacta pretijs regni mercandi publicarentur.
Iubere itaque quæstores uendere ea bona/atque in publicum redigē
domum dem ut monumentū area essa: oppressę nephariæ spei dirui
extemplo iussit. Id æqui mælium appellatum est. L. Minuius bouc ara
to extra portam trigeminā est donatus: ne plebe quidē munta: quia fru
mentum Melianum assibo in modios æstimatum plebi dimisit. Huic Mi
nutium apud quosdā auctores transisse a patribo ad plebem undecimū
que tribunū pl. cooptatum/seditionem motam ex mæliana cede se
dasse inuenio. Cæterq uix credibile est numerq tribunorq patres auge
passos. Id que postimū exemplum a patrino homie introductū: nec

Sp. melū cui Tribunatus p. magis optandus + q̄ sperandus fuerit.

deinde id plebi concessum. semel obtinuisse aut certe tentasse: sed aī oīa
refellit falsum imaginis titulum paucis ante annis lege cautū: ne tribuis
collegam cooptare liceret. Q. Cicelius. Q. minuis. Sex. Tarquinis soli ex col
legio tribunorū neque tulerant de honoribus minuis legem: et omniam
nunc minutum: nunc seruilū apud plebem: queri que indignā nece
mali non desiterant. peruicerat igitur ut tribunorū militum potius q̄
consulum comitia haberentur haud dubia quidem spe sex locis tot. n. iā
creari licebat. quod plebei aliqui profitendo se ultores fore malianae
cedis crearentur. Plebs q̄q̄ agitata multis eo anno & uariis motibus erat:
nec plures q̄ tres tribunos consulari potestate creauit. Et in his L. Quīntī
Cincinati filium: ex cuius dictature inuidia tumultus querebantur: pre
latus suffragijs Quīctio Mamercus Aemilius ut sūmæ dignitatis I. iu
lium tertium creant. In horum magistratu fidenæ colonia romana ad
Larem Tolumnii ueientium regem ac ueientes defecere. Manus additi
um defectionis scelus C n. fuluium. C. Tullium. Spu. Antium. L. Roscium
legatos romanos causam non consilij quaerentes. iussu Tolūnij interfe
runt. Leuant quidā regis facinus in tesseram prospero iactu uocem eius
ambiguam ut occidi iussisse uideretur & a fidenatibus exceptam cau
sam legatorum fuisse mortis: rem incredibilem interuentu fidenatiū
nouorū sontiorum consulentium de cede ruptura ius gentium non aucr
sum ab intentione animum elusum aiunt. Ac dein in errorem euersum
facinus propius est fidem obstringi fidenatium populū ne respicere spes
ullam ab romanis possit: conscientia tanti sceleris uoluisse. Legatorū qui
fidem cæsi erant statuæ publice in rostris positæ sunt. Cum ueientibus
fidenatibusque praeter q̄ finitimis populis: ab causa ortā tam nefaria bellū
exortis anxie dimicatio instabat. Itaque ad curam sūmæ rerū quieta ple
be tribunis quoq; eius nihil controuersiæ fuit: quin consules crearentur:
M. Geganius Macerinus tertium: & L. Sergius fidenas a bello credo qd
dein gessit appellatus. Hic. n. primus cum rege ueientium sedo
proelio conflixit. Nec incruentam uictoriam retulit. Maior itaque ex
cuius amissis dolor: q̄ letitia fuisse hostibus fuit. Eo senatus ut in trepidis
rebus dictatorem dici Mamercum Aemilium iussit. Is magr̄m equitum
ex collegio prioris anni quo simul tribuni militum consulari potestate fuerāt.
L. Quintium Cincinnatum dignum parente iuuenem dixit. Ad delectū con
sulibus habitum centuriones ueteres belli peritos adiecit: & numerus amissorū

proxima pugna expletur. Legatos Quintiū Capitolinum & M. Fabium
Iubilanum sequi se dictator iussit. Tum potestas maior: tum uir quoque
potestati par hostes ex agro romano transanienē submouere. Collesque
inter fidenas & anienem cepere: referentes castra. Hec ante in campos di-
gressi sunt: q̄ legiones auxilio falisco⁊ uenerunt. Tum demū castra e-
trusco⁊ pro mœnib⁹ fidenar⁊ posita & dictator romanus haud procul
inde ad confluentes consedit in utriusq; ripis amnis qua sequi mu-
nimēto poterat uallo interposito. postero die in aciem eduxit. Inter
hostes uariæ fuere sententiæ. falisci procul a domo militiam ægre
patiens: satisque sibi poscere pugnam: ueienti fidenatique plus spei
in trahendo bello esse. Tolūnius q̄q̄ suor⁊ magis placebant consilia:
ne longinquā militiam paterentur falisca: postero die se pugnaturum
edicit. Dictatori ac romanis quod detrectassent pugnam hostes ā
accessere. posteroque die iam militibus castra urbemq; oppugnaturos
frementibus ni copia pugnæ fiat. Vtrinque acies intra bina castra in me-
dium campi pon procedunt. Veiens multitudine abundans qui inter
dimicationem castra romana aggrederentur post montes circūmisit.
Triū populor⁊ exercitus ita stetit instructus: ut dextrum cornu uei-
entes: sinistrum falisci tenerent: medij fidenates essent. Dictator de-
stro cornu aduersus faliscos: sinistro contra ueientem Capitolinus
Quintius intulit signa: ante mediam cum equitatu māgr equitū. Parūp
silentium & quies fuit: nec etrusci nisi cogerentur pugnam initurus &
dictatore arcem romanā re inspectante: ut ex auguribus simul aues rite
admisse essent: ex composito tolleretur signum. quod simul ubi cōspe-
xit: primo equites clamore sublato in hostem emisit: secuta pedītū ac-
es ingenti tu conflixit. Nulla parte legiones etrusce sustinere impe-
tum romanor⁊. Equites maxime resistebat. Equitūque longe fortissim⁹
ipē rex ab omni parte effuse sequentibus obequitans: romanis trahe-
bat certamen. Erat tum inter equites tribunus militum A. Cornelius
Cossus eximia pulchritudine corporis: animo ac uiribus par: memorq;
generis quod amplissimum acceptum maius auctusque reliquit po-
steris. Is cum ad impetum Tolūnij quacunque se intendisset trepidā
tes romanas uidera⁊ turmas: insigneq; eum regio hītu uolitantem
tota acie cognouisse⁊: hiccine est inquit foederis humani: uiolatorq;
gentium iuris? Iam ego hanc mactatam uictimam: si mō sancti q̄q̄

interrisse dijuolunt legatorz manibo dabo. Lalcaribus subdinf infe-
sta cuspide in unum fertur hostem. Quem cum ictum equo decerissa: cōse-
stim & ipē hasta innixus se in pedes excepit. Assurgentem ibi regem um-
bone resupinat: repetitūque sæpe cuspide ad terram affixit. Tum exan-
gui detracta spolia caput que abscisum, uictor spiculo gerens, terrore ce-
si regis hostes fudit. Ita equitum quoque fusa acies: quæ una fecerat an-
cepf certamen. Dictator legionibo fugantf instat. & ad castra compulsos
cedit. Plurimi fidenatium locorum notitia effugere in montes. Lossus
tyberim cum equitatu transuectus ex agro ueientano ingentem detulit
predam ad urbem. Inter prælium & ex castra romana pugnatum est
aduersum ptem copiarz ab Tolūnio urante dictum est ad castra missam:
Fabius Iubilanus corona primo uallum defendit. Intentos deinde hostes
in uallum egressus dextra principali cum triarijs repente inuadit. Quo
pauore iniecto: cedes minor quia pauores erant: fuga non minus trepi-
da q̄ in acie fuit. Omnibo locis re bene gesta: dictator senatus consulto:
iussuque populi triumphans in urbem rediit. Longe maximū truīphi
spectaculum fuit Tossus: spolia opima regi interfecti gerens. In eum mili-
tes carmina in concitu equantes eum romulo canere: spolia in ædē iouis
feretri prope Romuli spolia: quæ opima appellata sola ea tempestate erāt
cum solemni dedicatione fixit. Auerterat que in se a curru dictatoris
ciuium ora. & celebrati huius diei fructum prope solus tulerat. Dicta-
tor coronam auream libræ pondo ex publica pecunia populi iussu ī ca-
pitolio iouī dono posuit. Omnes ante me auctores secutus A. Cornelī-
um Tossum tribunum militum secunda spolia opima iouis feretri tem-
plo intulisse exposui. Cæterz præter q̄ quod ea rite opima spolia hēnt
quæ dux duci detraxit: nec ducem nouimus: nisi cuius auspitio bellū
geritur: titulus ipē spolijs inscriptus, illos me que arguit consulem ea
Tossum cepisse. Hoc ego cum Augustum Cæsarem templorz omīum cō-
ditorem aut restitutorem ingressum ædem feretri iouis: quam uetustate
delapsam refecit: se ipm in thoracē linthēo scriptum legisse audisse, ppe
sacrilegium ratus sum Tossum spoliorz suorz Cæsarem ipius templi au-
ctorem subtrahere testem. Qui si ea in re sit error: quod tam uetteres an-
nales: quod que magīratuum libri: quos linteos in ædem repositos monet
Mater Licinius erat, idemtidē auctores, septimo post demū anno: cū T.
Quintio poeno A. Cornelium Tossum consulem hēant: existimatio cōmunis

Aug. Cæsar.

omnibꝫ eſt. Nam & illud accedit ne tam clara pugna in eum anū transferri poſſet: quod in bello triennū ferme peſtilentia inopia que frugum circa M. Cornelium conſulem fuit: adeo ut quidā annales uelut funeſti nihil præter nomina conſulum ſuggerant: tertius ab conſulatu Coſſi annus tribunum eum militum conſulari poteſtate hēt. Eodē anno māgr equitum. Quo impio alteram inſignem edidit pugnam equeſtre: ea libera coniectura eſt. Sed ut ego arbitror uana uerſare in omneſ opiniones: cum auctor pugnæ recentibꝫ ſpoliis in ſacra ſede poſitis: iouē prope ipm cui uota erant romulum q; intuens: haud ſpnendos falſi tituli teſtes A. Cornelium Coſſum conſulem ſcripſerit. M. Cornelio Maluginēſe Lucio papirio conſulibꝫ exercitus in agrum ueientē ac faliſcum ductus. prædæ abactæ hominū pecorumque. hoſtis in agris nuſq; inuentus: neque pugnandi copia facta. Urbē tm non oppugnare: quia peſtilentia populum inuaſit & ſeditiones domi quæſitæ ſunt. nec morā tm a Spu. Mælio tribuno pl. qui fauore nominis motus ſe aliquid ratus: & minuto diem dixerat: & rogationē de publicandis bonis Seruilij halæ tulerat: falſis criminibꝫ a Minutio circūuentum Mælium arguens: Seruilio cædem ciuis indamnati obijciens: quæ uaniora ad popm ipō auctore fuere. Cæterū magis uis morbi ingraueſcens curæ erat. Terroreſque ac prodigia maxime quod crebris motibus terræ: ruere in agris nūtiabantur tecta: obſecratio itaque a populo diuinus præcinnibꝫ eſt facta. Peſtilentior inde annus L. Iulio iterū & L. Virginio conſulibus: tantum metum uaſtrauit in urbe agriſque fecit: ut non mō prædandi cauſa quiſquā ex agro romano exiret: belli ue inferendi memoria patribus ac plebi eſſet: ſed ultro fidenates: qui ſe primo aut oppido aut mōtibus aut muris tenuerant populabundi deſcenderant in agrū romanum: deinde ueientium exercitu accito: nam faliſci perpelli ad inſtaurandum bellum neque clade romanorū neque ſonorū precibꝫ potuere. Duo populi tranſiere Anienem: atque haud procul collina porta ſigna habuere. Trepidatum itaque non in agris magis: q̄ in urbe eſt. Iulius conſul in aggere murisque explicat copias. a Virginio ſenatus in æde quirini conſulitur. Dictatorem dici A. Seruilium placet: cui priſco: alij ſtructo finxſe cognomen tradunt. Virginius dum collegam conſulem moratus: dimittente eo nocte dictatorem dixit. Is ſibi magīrum equum poſtumiū Ebutium Helutium dicit. Dictator omneſ luce prima extra

portam collinam adesse iubet quibuscunque uires suppeterent ad arma
ferenda. Praesto fuere: Signa ex aerario prompta feruntur ad dicta
torem. Quae cum aggerentur hostes altes in loca altiora concessere:
Eo dictator agmine infesto subit. Hec procul munimento signis colla
tis fudit etruscas legiones. Compulit inde in urbem fidenas: ualloq;
circumdedit. Sed neque scalis capere poterat urbs alta & munita: ne
que in obsidione uis ulla erat: quia frumentū non necessitati mō sed
sed copiae quoque habunde ex ante conuecto suffitiebat. Ita expu
gnandi piter cogendique ad deditionem spe amissa: dictator in locis
pp propinquitatem mons ab aduersa parte urbis maxime neglecta
suapte natura tutissima erant: agere in arcem cuniculum instituit. Ipē diuersissimis locis subeundo ad moenia quadrifariā diui
so exercitu: qui alij alijs succederent ad pugnam continenti die
ac nocte proelio ab sensu operis hostes auertebat: donec perfosso
a castris monte arrecta in arcem uia est. Intentisque etruscis ad
nas a certo piculo minas: clamor super caput hostis captam urbē
ostendit. Eo anno L. furius Aculus M. Geganius Macerinus
censores ullam publicam in campo martio probauerunt. Ibi que
primū census populi est actus. Eosdem consules insequenti anno
refectos: Iulium tertiū. Virginiū iterum: apud Macrum Licinū
inuenio. Valerius Antias & Q. Tubero M. Manilium & Q. Sul
pitium consules in eum annum edunt. Caeterū in tam discrepā
te editione & tubero & Macer libros Linteos auctores profitetur
Neuter tribunos militum eo anno fuisse traditum a scriptoribo
antiquis dissimulant. Licinio libros haud dubie sequi linteos
placet: & Tubero incertus ueri est. Sed inter caetera uetustate in
compta hoc quoque in incerto positum. Trepidatum in etruria
est post fidenas captas: non ueientibo solum exterritis metu simi
lis exadiq: sed & falisci memoria initi primo cum his belli q̄ q̄
rebellantibus non adfuerant. Igitur cum duae ciuitates legatis
circa duodecim populos missis imperassent: ut ad volturnē famū
indicerentur omnis etruriae concilium: uelut magno tumultu im
minente: senatus Mamercum Emilium dictatorem uerum dici
iussit. Ab eo A. Postumius Tubertus magr equitū est dictus. Belli
que tantū maiore q̄ proximo conatu apparatum est: quanto

plus erat ab omni etruria periculi q̄ a duobs populis fuerat. Ea res aliquanto expectatione oīum tranquillior fuit. Itaque cum renuntiatū a mercatoribs essẽ: negata ueientibs auxilia: nullisque suo consilio bellum initum suis uiribs exequi: nec aduersary rey quærere sortes: cum quibs spem integram cōmunicati non sint: tum dictator ne nequicquā creatus essẽ: materia quærendæ bello gliæ adempta: in pace aliquid operis edere: quod monumentum eet dictaturæ cupiens: censuram minuere parat: seu nimiā potestatem ratus: seu non tam magnitudine honoris q̄ diuturnitatis offensus. Concione itaq; aduocata rem.p. foris gerendā aut tutaq; omnia, præstanda deos īmortales suscepisse: se quod intra muros agendum essẽ: libertati populi.ro. consulturu. Maximā aut̄ eius custodiam esse: si magna impia diuturna non essẽt & tpīis modus imponeretur: quibs iuris imponi non possẽt: annuos alios magr̄atus esse: quīquennalem censuram grauem esse: ijsdem per tot annos magna parte uitæ obnoxios uiuere sẽ legē laturum: ne plus q̄ annua ac semestris cēsura essẽt. Consensu ingenti populi legem postero die ptulit. & ut re ipā inquit sciatis quirites: q̄ mihi diuturna non placeant impia: dictaturā me abdico. Deposito suo magr̄atu modo alioru magr̄atuu imposito: cum gratulatione ac fauore ingenti a populo domū est reductus. Censores egre passi Mamercum: quod magr̄atum populi.ro. minuissẽt tribu mouerunt. & cōplicato que censu ærarium fecerunt: qm rem ingenti animo tulisse ferunt: causam potius ignominiæ inuentem q̄ ignominiam. Primores patru q̄q̄ deminutum cēsuræ ius uoluissent exemplo acerbitatis cēsoriæ offensi: quippe cum se quisque diutius ac sæpius subiectum cēsoribs fore cerneret q̄ censuram gestaret populi certe tanta indignatio coorta dicitur: ut uix a cēsoribs nullius auctoritate: præter q̄ ipīus Mamerci deterreri quiuerit. Tribum pl. assiduis contionibs prohibendo consularia comitia cum res prope ad interregnum perducta essẽt: euicere tandē ut tribuni militum consulari potestate crearentur. Victoriæ præmiū quod petebatur ut plebeius crearetur, nullum fuit. Omnes patricij creati sunt M. Fabius Tubilanus M. Folius. L. Sergius Fidenas. Pestilentia eo anno aliarū rerum otium prebuit. Ædes apollini pro ua-

litudine populi uota est. Multa duūuiri ex libris placandis deū ire a-
uertendæque a populo pestis causa fecere. Magna tum clades in urbe
agris promiscue hominum pecorūque perinde accepta. Famē cultori-
bus agrorum timentes in etruria pōptinumq; agri & cumas. postremo
in siciliam quoq; frumenti causa misere. Consulariū comitiorū nulla
mentio habita est. Tribuni militum consulari potestate omnes prīnj
creati sunt L. pinarius mamercus L. furius medullinus. Spu. postu-
mius albus. Eo anno uis morbi leuata. Neque a penuria frumenti
quia ante prouisum erat periculum fuit. Consilia admouenda bel
la in uolscos equosque concilijs & in etruria ad fanum voltūne
agitata. Ibi prolatæ in annum res; decretoque cautum ne qd ante
concilium fieret; nequicquā ueiente populo querente eandē qua
fidenæ deletæ sint imminere ueijs fortunam. Interim romæ prin-
cipes plebis iam diu ne quicquā imminentes spei maioris honoris.
dum foris otium esset; coetus inducere in domos tribunorū pleb.
Ibi secreta concilia agitare: queri se a plebe adeo spretos: ut cum
per tot annos tribuni militum consulari potestate creentur. nullū
unq̄ plebeio ad eum honorem additus fuerit. Multum prouidisse
suos maiores: qui cauerint: ne cui patrimo plebei magīratus patērā
aut patrinos habendos fuisse tribunos plebi: adeo se suis & sordē
nec a plebe minus q̄ a patribo contēni. Alij purgare plebē: culpam ī
patres uertere eorū ambitione artibo que fieri: ut obseptum plebi sit
ad honorem iter: si plebi respirare aboriū mixtis precibo minisque
liceat: memorem eam suorū iniuriam suffragia esse: & patrū auxilio
impium quoque adsciturum. placa tollendæ ambitionis causa tri-
bunos legem promulgare: ne cui album uestimentū addere petitio-
nis licera causa. Parua nunc res & quæ uix serio agenda uideri
possit: quæ tunc ingenti certamine patres ac plebem accendit. Vicē
tñ tribuni ut legem perferrent: apparebatque irritatis animis plebē
ad suos studia inclinaturam: quæ ne libera essent: senatus cōsultū
factum est: ut consularia comitia habērentur. Tumultus causa fuit
quem ab equis & uolscis latini atque hernici nuntiarant. T. Quīn⁹
Lucij filius cincinatus: eidem & poeno cognomen additur: & L H.
tulius mento consules facti. Hec ultra terror belli est dilatus. Lege
sacrata: quæ maxima apud eos uis cogendæ militiæ erat: delecto

habito utrinque exercitus ualidi profecti in algidum conuenere. Ibi
que seorsum uolsci castra cōmunire. Intentorque q̄ unq̄ ante mu
nendi exercendi que militem cura ducibo erat. Eo plus nunq̄ terrōis
romam attulere. Senatus dictatorem dici placuit: quia ad si sæpe uicti
populi maiore cōnatu: q̄ aliās unq̄ rebellarunt. & aliquantū iuuen
tutis morbo absumptum erat. Ante omnia priuata consulū discordia
que inter ipōs erat: & certamina in consilijs omnibus terrebant. Sūt
qui male pugnatum ab ijs consulibo in algido auctores sint: eāque cau
sam dictatoris creandi fuisse. Illud satis constat ad alia discordes: in
uno aduersus patrum uoluntatē consensisse: ne dicerent dictatorē: do
nec alia cum alijs terribiliora afferrentur: ne in auctoritate senatus cō
sules essent. Q. Seruilius Priscus sūmus patrum sūmis honoribo egre
gie usus: uos inquit tribuni pl. quoniā ad extremū uentum est: sena
tus appellat: ut in tanto discrimine rei.p. dictatorem dicere consules po
testate ura cogatis. Qua uoce audita occasionem oblatam ran tribu
ni augendæ potestatis secedunt: proque collegio pronunciant: placere
senatui consules dicto audientes esse: si aduersus consensum āplissimi
ordinis ultra tendant: in uincula se duci iussuros. Consules a tribunis
q̄ a senatu uinci maluerunt: prodituq̄ a patribo sūmi imperij iusta
tumq: sub iugum tribunitiæ potestati consulatum memoranter sig
dem cogi aliqn̄ pro potestate a tribuno consules. & quo quid ulterius
priuato timendum foret: in uincula & duci possent. Sors ut dictato
rem dicerēt: nam ne id quidē inter collegas conuenerat. T. Quintio
euenit. A. Postumiū Tuberum socerum suum seuerissimi imperij uir
dictatorem dixit. Ab eo L. Iulius magr equitum est dictus. Simul & edi
citur iustitium: neque aliud tota urbe agi: q̄ bellum apparari cogni
to uacantium militiæ munere post bellum differtur. Ita dubij quoq;
inclinant ad nomina danda. & hernici Latinique milites impan
Vtrinque obnixe obeditum dictatori est. Hæc omnia celeritate inge
perfecta. relictoque Ser. Iulio consule ad præsidium urbis. & L. Iulio
magro equitum ad subita belli ministeria: ne qua res qua aequissa in
castris moraretur: dictator præeunte A. Cornelio pontifice maximo
ludos magnos tumultus causa uouit: profectusque ab urbe: diuso
cum Quintio consule exercitu ad hostes peruenit. Sicut bina castra
hostium paruo inter se spatio distantia uiderant. Ipī quoque mille

Terme.

ferme passus ab hoste dictator tusculo: consul laumio propiorē locum
castris coperunt. Ita quatuor exercuus totidem munimenta planiē
in medio non paruus mō excursionibo ad prelia: sed uel ad explica-
das utrinque aciēs satis patentem habāt. nec ex quo castris castra col-
lata sunt: cessatum a letho prelijs est: facile patiente dictatore con-
ferendo uires spem uniuersæ uictoriæ temptato paulatim euentu
certaminum suos præcipere. Itaque hostes nulla in prelio iusto re-
licta spe noctu adorti castra consulis: rem in casum ancipitis euentus
committunt. Clamor subito ortus non consulis mō uigiles, exercitus
deīn omnem: sed dictatorem quoque ex somno excuit. Vbi prese-
ntia opes egebant: consul nec animo defecit: nec consilio. Pars mūi-
tionis stationes firmat: pars corona uallum cingunt. In alteris a-
pud dictatorem castris quo minus tumultus est: eo plus aūdiunt
quod opus facto sit: Misso exemplo ad castra subsidio: cui Sp. po-
stumius albus Legatus præficitur: ipē parte copiarū paruo circuitu
locum maxime secretum a tumultu petit. Vnde nec oppinato hostē
inuadat. Q. Sulpitium legatum præficit castris. M. fabio legato as-
signat equites. nec ante lucem mouere tubas: manum inter noctur-
nos tumultus moderatu difficilem. Omnia quæ uel alius imperator
prudens & impiger in talibus præcipere: agere quæ præcipit ordine
atque agit. Illud eximij consilij animique specimen & ne unique
uulgatæ laudis: quod ultro ad oppugnanda castra hostium unde
maiore agmine profectus exploratum fuerat M. Geganiū cum cohor-
tibus delectis misit. Qui postq̄ intentos homīes in euentum pericu-
li eum pro se incautos neglectis uigilijs stationibusq; est adortus. pri-
us pene cepit castra: q̄ oppugnari hostes satis scirent. Inde fumo ut cō-
uenerat datum signum. Vbi conspectum a dictatore est exclamat a-
pta hostium castra: nunnarique passim tubas. Et iam lucescebat: oīa
que præ oculis erant: & fabius cum equitatu impetum dederat: qui
a consul eruptionem e castris intrepidos iam hostes fecerat. Dictator
aut parte altera subsidia & sedām aciem adortus circūagentē ad
dissonos clamores ac subitos tumultus hosti undique obiecerat uicto-
rem equitē peditemq;. Circūuenti iam in medio ad unum omnes pe-
nas rebellionis dedissent: ni Vectius Messius ex volscis nobilior ur
factis q̄ genere: iam orbem uolantes suos increpans clara uoce:

Hic prebituri uos inquit telis esti indefensi inulti. Quid igit arma
hēti. aut quid ultro bellum intuliſti. inoio tumultuosi in bello
segnes. Quid hic stantibo spei est. an deum aliquem protectu uos
raptuiq; hinc putati. ferro tua famenda est. hac qua progressu
uideriti agite. qui uisuri domos patentes coniuges liberosq; esti. Ite
metum. Non muti nec uallum. sed armati armati obstant. utru
te pares necessitate. quæ ultimum ac maximū telum est. superes esti.
Hec loquuti exequentēque dicta redintegrato clamore secuti clant
impressionem. qua postumius Albo cohortes obiecerat & mouerunt
uictorem. donec dictator pedem iam referentibo suis aduenit. Eoq;
omne prœlium uersum est. Vni uō Messio fortuna hostiū innitu
tur. Multa utrinque uulnera multa passim cedes est. Iam ne duces
quidē romani inermes pugnant. Vnius postumius ictus saxo pfracto
capite excessit ante. Non dictatorem humeris uulneratus: nō fabiū
affixum equo femur: non brachium abscisum consulem ex tam an
cipiti prœlio sūmouit. Messium impetus pstratus cæde hostes cum
globo fortissimor iuuenum extulit ad castra volscor. quæ nō diu
capta erant. Eodem omnis acies inclinatur. Consul effusos usq; ad
uallum pſecutus. tentoria castra uallumq; aggreditur. Eodem &
dictator alia parte copias admouet. Non segnior oppugnatio est.
q̄ pugnæ fuerat. Consulem signa quoque intra uallum iniecisse
ferunt. quo milites acrius subirent. repetendoque signa primā im
pressionem factam. Et dictator prorupto uallo iam in castra proe
lium intulerat. Tum abiici passim arma. & dedi hostes cœpti. castris
que & his capti. hostes præter senatores omnes uenundati sunt.
P redæ pars sua cognoscentibus latinis atque hernicis reddita. pri
sub hasta dictator uendidit. præpositoque consule castris. ipe tri
umphans inuectus in urbem dictatura se abdicauit. Egregiæ di
caturæ tristem memoriam fatiunt. qui filium ab postumio. quod
occasione bene pugnandi captus in missu discesserit præsidio. uictorē
securi percussum tradunt. Nec libet credere. & licet in uariis opini
onibo. & argumento est. quod imperia Maliana non postumiana
appellata sunt. quoniā qui prior auctor tam seui exempli fore. oc
cupaturus insignem titulum crudelitatis fuerit. Impioso quoq; mā
lio cognomen inditum. postumius nulla trista nota est insignitus.

[n. Iulius consul ædem apollinis absente collega sine sorte dedicauit
Aegre ea passus Quintius: cum dimisso exercitu urbem redisset: ne-
quicquā in senatu conquestus. Insigni magnis rebus anno addit̃
nihil tum ad rem romanā pertinere uisum: quod carthaginēses
tanti hostes futuri: tum primū per seditiones siculorꝫ ad pris al-
terius auxiliū in siciliam exercitum traiecere. Agitatū in urbe ab
tribunis pl. ut tribuni militum consulari potestate crearent̃. nec
obtineri potuit. Consules fiunt L. Papirius Crassus, & L. Iulius.
€ quorꝫ legati, foedus ab senatu cum petissent: & pro foedere de-
dito ostentaretur: indutiæ annorꝫ octo impetrarunt. Volscorꝫ
res super acceptam in algido cladem pertinaci certamine inter
pacis belliq; auctores in turgia & seditiones uersa: undiq; otium
fuit romanis. Legem de multctarum extimatione per gratiam
populo: cum a tribunis pari consules unius ex collegio proditione
excepissent: ipsi præoccupauerunt ferre. Fuere consules L. Sergi
us fidenas uerꝫ Hostilius Lucretius Tricipitinus. Nihil dignum
dictu actum ijs consulibꝰ. Secuti eos consules: A. Cornelius Cossus,
T. Quintius Poenus uerꝫ. Veientes in agrum romanū excursionē
fecerunt. Fama fuit quosdā ex fidenatium iuuentute principes ei⁹
populationis fuisse: Cognitio que eius rei L. Sergio & Seruilio et
Mamerco Emilio pmissa. Quidam hostiam relegati eo qđ cur
per eos dies a fidenis abfuissẽt parum constabat. Colonorꝫ ad-
ditus numerus. Agerque ijs bello interemptorꝫ assignatus. Et sic
citate eo anno plurimū laboratum est. Nec cœlestes mō defuerūt
aquæ: sed terra quoque ingenito humore egens; uix ad phēnes
sufficit amnes. Defectus alibi aquarꝫ circa aridos fontes riuosq;
stragem fin pecorꝫ morientiū dedit. Scabie alia absūpta uulgati
que contactu in homines morbi: & primo in agrestes ingruerant
seruitiaque. Urbs deinde implebatur. Nec corpora mō affecta tabo
sed animos quoque multiplex religio, & pleraq; externa iuasit.
nouos ritus sacrificandi uaticinando inferentibꝰ in domos: quibꝰ
quæstui sunt capti superstitione animi: donec publicus iam pudor
ad primores ciuitatis peruenit: cernentes in omnibꝰ uicis sacellisq;
peregrina atque insolita piacula, pacis deum exposcendæ. Datum
inde negotium ædilibꝰ: ut animaduerterēt: ne qui nisi romani dij

ne quo alio more q̄ patrio colerentur. Ire aduersus veientes in se
quentem annum per L. Seruilium Halam. L. Papirium Mulgilanū
consules delate sunt. Tunc quoque ne confestim bellum indiceret
neue exercitus mitteretur: religio obstitit. Feciales prius mittendos
ad res repetendas censuere. Cum ueientibus nup ante dimicatū ad
nomentum & fidenas fuerat: inducieque inde non pax facta: q̄z
& dies exierat & ante diem rebellauerant. Missi in feciales. nec eorū
cum more patrium iurati repeterent res uerba sunt audita. Cōtro
uersia inde fuit: utrū nunc indiceretur bellum: an iam esset senat⁹
consulto. peruicere tribuni: denuntiando impedimento se delectus
ut consul de bello ad populum ferret. Omnes centuriae iussere. In
eo quoque plebs superior fuit: quod tenuit. ne consules in proxi-
mum annum crearentur. Tribuni militum quatuor consulari
potestate creati sunt. Quinus pecunius ex consul L. furius. M. Posthumius
A. Cornelius Cossus. Et is præfuit urbi. Tres delectu hīto profecti sūt
ueios. Documentoq; fuere q̄ plurium impium bello inutile esse. Tēden
do ad sua quisque consilia: cum aliud alij uiderentur: apparuerūt ad
occasionem locum hosti. Interim nanq; animum signum alijs dari re
ceptui alijs cum iubentibus: inuasere oportune veientes. Castra pro
pinqua turbatos ac terga dantes cepere. plus itaque ignominiæ q̄
cladis est acceptum. Moesta ciuitas fuit unici insueta. Odisse tri-
bunos. poscere dictatorem. In eo uero spes ciuitatis. Et cum ibi quoq;
religio obstaret: ne non posset: nisi a consule dict dictator: augures
consulti eam religionem exemere. A. Cornelius Cossus dictatorem
M. Emilium dixit. Et ipē ab eo magr equitū est dictus. Adeo simul
fortuna ciuitatis uirtute uicta æquat. Nihil censoria animaduersio esset:
quo minus regimen rerū ex notata indigne domo peteretur. Veientes
re foeda clam. missis circū ciuitates populos legatis: iactando tres duces
romanos ab imo proelio fusos. cum in nullā publici consilij sententa-
tem mouissent: uoluntarios undique ad spem predæ adfluerant.
Vni fidenatibus populo rebellare placuit: qui tanq̄ nisi a scelere bellum
ordiri nefas esset: sicut legatorū ante: ita tum nouorū colonorū cæ
de imbuti: armis ueientibus se coniunxere. Consultare inde prin-
cipes duorū populorū veios an fidenas sedem belli caperent. Fidenæ
uisi opportuniores. Itaque traiecto tybere veientes fidenas trāstulerūt

bellum. Romæ terror ingens erat. Accito exercitu ab ueiis: eo ipō ob rē
male gestam perculso: castra locantur ante portam colinam: & īmu
nitis armati dispositi: & iustitium in foro tabernæque clausæ. finit oīa
castris q̄ urbi similiora: cum trepidam ciuitatem præconibo per uicos
dimissis: dictator ad contionem aduocatam increpuit: quod ex tam
leuibo momentis fortunæ suspensos gererent: ut parua iactura accepta
quae ipā non uirtute hostium: nec ignauia romani exercitus: sed discor-
dia imperator accepta sit: uerentem hostem tonens uictum primescant.
Fidenasque prope sepius captas q̄ oppugnatas. Eosdem & romanos & ho-
stes esse: qui per tot secula fuerunt: eosdem animos easdem corporis u
res: eadem arma gerere. Se quoq; eundem dictatorem M. Emilium esse:
qui ante Veientium fidenatiumque aduentus saluti ad nomentū exer-
citum fuerit. & magrum equitum A. Cornelium Cossum eundem in
ante fore: qui priore bello tribunos militum Larte Tolūmo rege ueientiū
in conspectu duorū exercituum fuso occiso spolia opima tertius ferens te-
plo intulerit. Proinde memores secum triumphos: secum spolia secum
uictoriā esse: cum hostibo sceleris legatorū contra ius gentium interfecto
rum: eedem in pace fidenatium colonorū: indutas ruptas: septimā
infelicem defectionem: arma caperent: simul castra castris cōiunxissē:
sanis confidere nec sceleratissimis hostibo diuturnum ex iniquo ex-
gaudium fore: & populū ro. intellecturū: quanto melius de re.p. mer
itis sint: qui se dictatorem tertium dixerint: q̄ eos qui ob ereptum ciui-
re regnum labem sedæ dictaturæ suæ imposuerint. Vetus deīn nun-
ciatus profectus mille & quinquaginta passus extra fidenas castra lo-
cat. dextra montibo: leua tyberi amne septus. T. Quintiū Pœnū legatū
occupare montes iubet. Occultūque id iniquum capere: quod ab tergo
hostibus foret. Ipē postero die cum etrusca plem animorū ac prisini
diei meliore occasione q̄ pugna in aciem processissent: cunctatus par-
per dum speculatores referrent Quintiū euasisse in iniquum propinquū
acti fidenatium signa profert: pedituique aciem instructā pleno gra
du in hostem inducit. Magro equitum præcipit: ne inussu pugnam
incipiat: se cum opus sit equestri auxilio signum daturū. Tum memor
regiæ pugnæ: memor opimi doni Romuli ac tertius feretrij rem gerere.
Legiones impetu ingenti confligunt. Romanus odio accensus impiū
fidenatem: predonem veientem: ruptores indutiarū: cruētos legatorū

infanda cæde respos sanguine colonor. suor. perfidos sonos. ibel-
les hostes compellans. factis dictisque odium expl&. Concusserat pri-
mo statim congressu hostem, cum repēte patefactis fidenar. portis noua
erumpit anes. inaudita ante id tempus inusitata q;. ignibs armata in-
gens multitudo. facibsque ardentibs tota colluces uelut phreneti co
instincta cursu in hostem ruit. formaque insolitæ pugnæ romanos
parūper exterruit. Tum dictator magro equitū. equitibsque. tum &
exmontibs Quintio accito prœlium ciens. ipē in sinistr. cornu. quod
incendio similius q; prœlio territū cesserat. flāmis accurrit. Claraque
uoce. fumo ne uicti inquit uelut examen apum loco uro exacti. termi
cedent hosti. Non ferro extinguunt ignes. Non facet has ipas pro se qs-
que. si igni non telis pugnandū est. ereptas ultro inferent. Aque nōis
romani ac uirtutis patrum urēque memores. vertite incendiū hoc
in hostium urbem. & suis flāmis delete fidenas. quas uris benefing
placare non potuistis. Legator. uos urōr. colonor. que sanguis. uasta-
rique fines monent. Ad imperium dictatoris mora cuncta anes. facis
prim missæ excipiūtur. prim vi eripiūtur. utraque anes armat igni.
M agr equitus & ipē nouat pugnam equestrem. Frenos ut detrahant
equis impat. & ipē princeps calcaribs subditis erectus equo effreni in
medios ignes infertur. Et alij concitati equi libero cursu ferunt equitē
in hostem. Puluis elatus. mixtusque fumo. lucem ex oculis uirorum
equor. que aufert. Ea quæ militem terruerat speties. nihil territ e-
quos. Ruinæ igitur similem stragem. equesq quacunq; pertulit dedit.
L lamor deinde accedit nouus. qui cum utrāque mirabundā in se anē uer-
tisset. dictator exclamat Quintiū legatum & sonos ab tergo hostem
adortos. Ipē reintegrato clamore infert acrius signa. Cum duæ anes
duo diuersa prœlia circūuentos etruscos & a fronte & a tergo urge-
rent. neque in montes unde se nouus hostis obiecerat uer fugæ esset &
equitem passim liberis frenis dispulissent equi. uicentiū maxima pe
tyberim effusi petunt. fidenatium qui sup sunt ad urbem fidenas ten-
dunt. residui pauidi fuga in mediā cædem. obtruncantur in ripis.
Alios in aquā compulsos quirites ferunt. & pernos nandi lassitudo &
uulnera & pauor degrauant. Pauci ex multis tranant. Alter. agmē
per castra fertur in urbem. Eodem & romanos sequentes impetus ra-
pit. Quintiū maxime & cum eo digressos mō de montibs recentissimum

ad laborem militem: qui ultimo prœlio aduenerāt. Hi postq̄ mixti hosti
bo portam intrauere in muros euadunt: suisque capti oppidi signū ex
muro tollunt. Quod ubi dictator conspexit: iam .h. & ipē in deserta ho
stium castra penetrauerat: cupientem militem discurrere ad prædaꝫ
spe iniecta maioris in urbe prædæ ad portam ducit. Receptusq; intra
muros in arcem quo ruere fugientiū turbam uidebat, pergit. Nec mi
nor cædes in urbe: q̄ in prœlio fuit. donec abiectis armis: nihil præter
uitam petentes, dictatori dediuntur. Vrbs castraque diripiūtur. Poste
ro die singulis captiuis ab equite ad centurionē sorte ductis: quorum
eximia uirtus fuerat, bonis aliis sub corona uenditis: exercituꝫ uic
tutari: græcosque arcere littoribo iussit. Et cum in agro pontinum
descendisset: quia neq; in campis congredi nulla cogente re uolebat
& prohibendo populationibo quos rapto uiuere necessitas cogeret:
satis domari credebat hostem: locum idoneū statiuis delegit. Vbi
cum stationibo quietis tempus tererent: gallus processit magnitu
dine atq; armis insignis: quatensq; scutū hasta: cū silentiū fe
cisset: prouocat per interpretē unū ex romanis: quis secū ferro
decernat. M. erat Valerius tribunus militū adolescens: q haud
indigniorē eo decore se q̄ T. Manliū ratus: priusquā consulis uoluntatē: in medium armatus processit: minus insigne certa
men humanū numine interposito deorum factum. Nanq; consi
denti iam manū romano: coruus in gallea repente consedit: in ho
stem uersus. Quod primū ut augurium cælo missum lætus accepit:
tribunus: precatus deinde: si diuus si diua essent: qui sibi præpe
tem misissent: uolens propitius adesset. Dictu mirabile tenuit nō
solum ales captam semel sedem: sed quotienscunq; certamē initiū
est leuans se ales ot oculosq; hostis rostro & unguibo appetit: donec
territū: prodigii talis uisu oculisque simul ac mente turbatū: Va
lerius obtruncat. Coruus e conspectu elatus orientem petit. Hacte
nus quiete utrinq; stationes fuere. Postq̄ spoliare cæsi corpus ho
stis tribunus cœpit: ne galli se statione tenuerunt. & romanorū
cursus ad uictorem ā: otior fuit. Ibi circa iacentis galli corpus cō
tracto certamine pugna atrox concitatur. Iam non manipulis p
ximarum stationum: sed legionibo utrinq; effusis res geritur. Camil
lus lætatum militem uictoria tribuni: lætum tam præsentibo atq;
secundis dijs: ire in prœlium iubet: ostentansque insignē spolijs tri
bunū hunc imitare miles aiebat: & circa iacentem ducem sterne
gallorum catervas. Dij hominesq; illi affuere pugnæ. depugnatūq;
est haud quaq̄ certamine ambiguo cum gallis. adeo duorum mili-

tum euentum inter quos pugnatum erat: utraque acies animis
properat. Inter primos quorq; concursus alios excitierat atrox pre-
lium fuit. Alia multitudo prius q̄ ad coniectum teli cōueniret: terga
uertit. primo p volscū falernūq; agrum dissipati sunt. Inde apu-
liā ac mare inferq; petierunt. Consul contione aduocata laudatum
tribunū: decem bobus aureaque corona donat. Ipē iussus a senatu
bellum maritum curare: cum praetore iunxit castra. Ibiq; res ēhi
segnina graecorq; non cōmittentium se in aciem uidebatur. Dictato-
rem comitiorq; causa T. Manliū Torquatum ex auctoritate senatus
dixit. Dictator magīro equitū A. Cornelio Cosso dicto: comitia con-
sularia habuit. Emulūque decoris sui absentem M. Valeriū Corui-
ū. N. illi deinde loco cognominis fuit; suīmo fauore populi res et
uigīti natum annos consulem renuntiauit. Collega cornio de plebe
M. Pompilius Lenas quarto consul futurus datus est. Cū grae
cis a Camillo nulla memorabilis gesta res. Nec illi terra nec roman⁹
bellator erat. Postremo cum lictoribs arcerentur: aqua & prae-
cetera necessaria usu deficiente: italiā reliquere. Cuius populi ea
cuiusque gentis classis fuerit: nihil certi est. maxime Siciliae fuisse
tyrānos crederim. Nam ulterior graecia intestina fessa bello: iā ma-
cedonū opes horrebat. Exercitibus dimissis cum a foris pax & do-
mi concordia ordinum otiū esset: ne nimis lete res essent: pestilen-
tia ciuitatem adorta coegit patres impare decēuiris ut libros si-
byllinos inspicerent. eorq; monitu lectisterniū actum. Eodē anno
Satricū ab Antiatibs colonia deducta: restituaque urbs quā la-
tini diruerant. Et cum carthaginensibs legatis Romae fœdus ictū
cum amicitiā ac sotietatem petentes uenissent idē domi otiū fo-
risque mansit. T. Manlio Torquato sexto L. Plautio consulibs.
Semi unciariū tm̄ ex unciario fœnus factum: & in pensiones æ-
quas in triennū ita: ut quarta praesens esset: soluto ære alieno:
dispensata est. Et sic quoq; pte plebis affecta fides tm̄ publica
priuatis difficultatibs ponus ad curā senatus fuit. Leuate maxiē
res, quia tributo ac delectu supsessum. Tertio anno post Sati
cum restitutum a volscis M. Valerius Corui⁹ sexto consul cū L.
Petilio factus: cum ex Latio nuntiatū esset: legatos ab Antio ar-
cūire populos Latinorq; ad concitandū bellū prius q̄ plus hostiū

fiera: uolſcis inferre arma iuſſus ad Satricū exercitu infesto pgit.
Quo cum antiates alyſq; uolſci: prepans iam ante: ſi quid a roma
moueretur: copijs occurriſſent: nulla mora inter infensos diurno
odio dimicandi facta eſt. Volſci ferotior ad rebellandū: q̄ ad
bellandum gens: certamine uicti: fuga effuſa Satrici moenia pe-
tunt. Et ne in muris quid ſatis firma ſpe cum corona militū cin-
cta iam ſcalis caperetur urbs ad quatuor milia preter multitu-
dinem imbellem ſeſe dedidere. Oppidū diruti atq; incenſū
abædē tm̄ matris matutæ abſtinuere ignem. Preda omīs milit
data. Extra predam quatuor milia dedityz habita. Cos uictor
conſul ante curyz triūphans egit: uenditisque deinde magnā
pecuniam in erariū redegit. Sunt qui hanc multitudinē capti-
uam ſeruoryz fuiſſe ſcribant. Idque magis uere ſitē eſt: q̄ dedi-
tos uenyſſe. Hos conſules ſecuti ſunt M. fabius druſus: Seruius
Sulpitius Camerinus. Aruncū inde bellum: a repentina popula-
tione captum: metu q; ne id factū populi uius conſiliū omnis
nominis Latini eſſet. Dictator uelut aduerſus armatū tā latinū:
L. furius creatus. Magrm equitū T. Manliū Capitolinū dixit.
Et tum quod per magnos tumultus fieri ſolitū erat: iuſtitio in-
dicto: delectus ſine uacationibz habitus eſſet: legiones quantū
maturari potuit in Aruncū ductæ. Ibi predonū magis: q̄ hoſtiū
animi inuenti. prima itaq; acie debellatū eſt. Dictator tū quia
ultro bellū intulerant: & ſine detrectatione ſe certamī offerebāt:
deoryz quoq; opes adhibendas ratus: inter ipām dimicationē ædē
Iunonis Monetæ: eius damnatus uoti cuius uictor Romā reuer-
tisset dictatura ſe abdicauit. Senatus duūuiros ad eam ædem
pro amplitudine populi ro. faciendā creari iuſſit. Locus ītra
deſtinatus: quæ area ædiū M. Manlij Capitolini fuit. Conſules
dictatoris exercitu ad bellū volſcū uerſi. Soram ex hoſtibz in
cautos adorti: ceperunt. Anno poſt q̄ uota erat ædes Monetæ
dedicatur L. M. Rutilio .iii. T. Manlio Torquato .ii. conſulibus.
Prodigiū extemplo dedicationē ſecutū: ſimile uetuſto mōtis al-
bani prodigio. Nam & lapidibz pluit. & nox interdiu uiſa
intendi. Libris quoq; inſpectis cum plena religione ciuitas eet:
ſenatui placuit dictatorē feriaryz conſtituendaryz causa dici

Dictus Valerius Publicola. Magr equitū ei Q. Fabius Ambustus datus est. Non tm tribus supplicatū ire placuit: sed finitimos & populos: ordoq; ut quo quisque die supplicare statuit. Iudina eo anno populi tristia in foeneratores facta: quibo ab ædilibus dictæ dies essent traduntur. Et res haud ulla insigni ad memoriam causa: ad interregnū rediit. Ex interregno ut id actū uideri posse: ambo patricij consules creati sunt. M. Valerius Corui. iii. & A. Cornelius Cossus. Maiora iam hinc bella & uiribus hostiū & propinquitate uel regionū ut tēpore spatio: q bus bellatum dicentur. Nanque eo anno aduersus samnitem gentem opibo armisq; ualidā. Mota arma samnitū bellum anapiti marte gestum pyrrhus hostis pyrrhū pene secuit.
Quanta rer molis quotiens in extrema periculor uentū ut in hanc magnitudinē quæ uix sustinetur erigi impiū possit. Belli aut causa cum samnitibo romanis cū societate amicitiaq; iunct essent/ extrinsecus uenit: non orta inter ipos est. Samnites sidicinis iniusta arma quia uiribo plus poterant cū intulissēt coacti inopes ad opulentor auxiliū confugere: campanis sese cō iunxunt. Campanū magis nomē ad præsidium fortor q̄ uires cū attulisse inuentes luxu ab duranis usu armor in sidicino pulsi agro inde molem omnē belli uerterunt. Nā samnites omissis sidicinis ipām arcem finitmor campanor adorti: in ut facilis uictoria & prædę atque q̄ plus essit: tifatā imminentem capuæ collem cu præsidio firmo occupassent/ desēderunt. Inde quadrato agmine in planitiē quæ capuā tifataq; interiacet: ibi rursus ante dimicatū. Aduersoq; prælio cāpani intra mœnia compulsi: cū robore iuuentutis suæ absciso nulla propinqua spes essit: coacti sunt ab romanis petere auxiliū. Legati introducti in senatum maxime in hanc sententiā locuti sūt. Populus nos campanus legatos ad uos prēs misit. amicitiā in ppetuum auxilium præsens a uobis petitum. Quam si sedis nris rebo pensset sicut cœpta celeritis: ita infirmiore uinculo contracta essit. Tuc em ut qui ex æquo nos uenisse in amicitiā meminissemus amici fortiā piter subiecti atque subnoxii nimis essemus. At nuc misericordia uta conciliati auxilioq: in dubijs rebus defensi beneficiū q; acceptū

ōr̄. campanorum.

colamuſ oportet: ne ingrati atque omni ope diuina humanaq; indi
gni iudeamur. Neque hercule quod ſāmites priores amici ſoniq; uobiſ
facti ſunt/ ad id ualere arbitramur: ne noſ in amicitiā recipiamur:
ſed ut uetuſtate & gradu honoriſ noſ præſtent. Neq; n. fœdere ſāmi
tum ne qua ope noua uīgereturſ fœdera cautū eſt. Fuit quidē apud noſ
ſemp ſanctū iuſta cauſa amicitiæ uelle uobiſcum amicū eſſe qui uoſ
appetera. Campani & ſi fortuna præſenſ magnifice loqui prohibet.
Non urbiſ amplitudine: non agri ubertate ullo populo præter q̄ uobiſ
cedentes. Haud parua ut arbitror acceſſio bonis rebus uīris ſi in ami
ciciam uīrām uenimuſ. Equiſ uolſciſque alterniſ hoſtibus huiuſ ur
bis q̄cunq; ſe mouerint/ ab tergo erimuſ: & quod uoſ pro ſalute
nīra priores fecerunt: id noſ pro impio uīro & gloria ſemp faciemuſ
ſubactis gentibus quæ inter uoſ noſque ſunt. Quod prope diē futu
ſponder uirtuſ atque fortuna uīra/ continens imperiū uſq; ad noſ
habebitur. Acerbum ac miſerū eſt quod fateri noſ fortuna nīra cogit.
Eo uentū eſt pīter conſcripti: ut aut amicorū aut inimicorū campani
ſimuſ. Si defendimuſ uīri: ſi deſerimuſ ſamnitū erimuſ. Capuam ergo
& campaniā omnem uīrūm an ſamnitū ruinis accedere malitis deli
berate. Omnibus quidē romani uīrām miſericordiā: uīrmque auxilium
æquū eſt petere. hiſ n. maxime qui abſe implorantibuſ aliſ auxiliū
dum ſupra uires ſuas præſtant. Omneſ ipī in hanc neceſſitatē uenerūt
q̄ q̄ pugnauimuſ uerbo pro ſidicinis: re pro nobis. cum uiderimuſ
finitimū populum nefario latrocinio ſamnitū peri & ubi cōflagraſſe
ſidicini ad noſ tranſiturū illud incendiū eſſe. Nec. n. nunc q̄ dolent
iniuriā acceptam ſamnites: ſed quia gaudent oblatam ſibi eſſe cauſā
oppugnandī uenerunt. An ſi ultro iræ hæc & non occaſio cupiditatiſ ex
plendæ eſſent. Parum fuit quod ſemel in ſedicino agro. uterū in cam
paniā ipām legioneſ nīraſ cecidere. Quæ eſt tam iſta infeſta ira. q̄ p
duaſ aneſ fuſaſ ſanguiſ explere non potuerit. Adde huc populationē
agrorū. prædaſ hominū atque pecudum actaſ: incendia uillarū ac ru
raſ: omnia ferro ignique uaſtata. Hæccine ira explere non potuit. ſed
cupiditaſ explenda eſt. Ea ad pugnandā capuā cauſa rapit. aut de
lere urbem pulcherrimā aut ipī poſſidere nolunt. Sed uoſ potuiſ roma
ni benefitio uīro occupare eam q̄ illoſ hīrē p malefitiū ſinatis. Nō loqr
apud recuſantē iuſta bella populū. ſed tm ſi oſtenderitiſ auxilia uīra

ne bello quid arbitror uobis opus fore: usque ad nos contẽptus sãnitũ
puenit: supra non ascendit. Itaque umbra urã auxilij romani tegi
possumus. Quicqd deinde habuerimus: quicqd ipi fuerimus um
id omne existimaturi. Vobis arabitur ager campanus: uobis capua
urbs frequẽtabitur conditorq parentũ deorq imortalium nũo erunt
nobis. Nulla colonia urã erit quæ nos obsequio erga uos fideque
superet. Annuite prẽs conscripti nutũ numẽq; uirum inuictũ cã-
panis & iubete sperare incolumẽ capuam futurã. Qua frequẽta
omniũ generq multitudinis prosequente creditis nos illinc profẽc-
q̃ omnia uotorq lacrimarq; plena reliquisse: in qua nũc expe-
ctatione senatũ populũque campanũ, coniuges, liberosq; nros
esse: Stare omnẽ multitudinẽ ad portas, uiam hinc referentes pro
spectantes. certũ habeo. Quid illis uos prẽs con. soliciti ac penden-
tibus animis renuntiare iubeatis. Alterq responsum, salutẽ, uicto-
riam, lucem, & libertatem. Alterq ominari horreo quæ ferat proin
aut de urbis futuris sonis atque amicis: aut nusq̃ ullis futuris, nobis
consulite. Sũmotis deinde legant cum consultus senatus essẽt: asi
magnæ pti urbs maxima atq; opulentissima: italiæ uberrimus
ager, mariq; propinquus: ad uarietates annonæ horreũ ppli ro.
fore uidebatur: cũ tanta utilitate: fides antiquior fuit: respõdit
que ita ex auctoritate senatus consul. Auxilio uos campam se-
natus dignos censẽt: sed ita uobiscum amicitiam institui par est:
ne qua uetustior amicitia ac sotietas uioletur. Samnites nobiscũ
fœdere iuncti sunt. Itaq; arma deos priusq̃ homines uiolaturi,
aduersus samnites uobis negamus. Legatos sicut fas usq; est ad
sonos, atque amicos, pectatum mittemus: ne qua uobis uis fiat. Ad
ea princeps Legationis (sic.n. domũ mandatum attulerãt) qñ qd
inquit nrã tueri aduersus uim atq; iniuriã iusta ui non ultus:
urã certe defendetis. Itaq; populũ campanũ: urbẽq; capuã, agros,
delubra deum, diuina humanaq; omnia in urã prẽs con. populi
que ro. potestate dedimus. Quicquid inde patiemur deditiq; urã
passuri. Sub hæc dicta omnes manus ad consulem tendentes, ple-
ni lacrimarq in uestibuli curiæ procubuerũt. Cõmoti sunt prẽs
uice fortunarq humanarq si ille præpotens opibus populus luxuria
supbiaque clarus: ab quo paulo ante auxiliũ finitimi petissent

adeo infractos gererent animos: ut se ipē suaq; omnia potestati a-
lieni facerent. Tum iam fides agi uisa deditos non prodi: ne factuꝝ
æqua samnitiū populum censebāt: si agrum urbēq; p deditionem
factam populi ro. oppugnarent. Legatos itaque extēplo mitti ad
samnites placuit. Data mandata sunt: ut preces campanorꝝ re-
sponsū senatus amicitiæ samnitiū memoris. Dedicionē factam po-
stremo samnitibꝫ expromerent. peterent pro sonetate amicitiaq;
ut dedidisset suis parcerent. neque in eum agrum qui populi ro.
factus essꝫ: hostilia arma inferrent. Si leniter agendo parum
proficerent: denuntiarent samnitibꝫ populi ro. senatusq; uerbis
ut capua campanisq; agro abstinerent. Hæc legatis agentibꝫ in
concilio samnitū adeo est ferociter responsum. ut non solū gestuos
se dicerent id bellum: sed magistratus eorꝝ e curia egressi, stantibꝫ le-
gatos præfectos cohortiū uocarent: eisq; clara uoce imparent: ut
prædatū in agrum campanū extemplo profisciscerent. Hac legatio
ne roma perlata: positis omium aliarꝝ rerum curis prēs: fecialibus
ad res repetendas missis: belloq; quia non reddderent solemni more
indicto: decreuerūt, ut ꝑmo quoq; tpre de ea re ad populū ferret. Iussuq;
populi consules ambo cum duobꝫ ab urbe exercitibꝫ profecti: Vale-
rius in campaniam: Cornelius in samnitū. Ille ad montem cauruꝫ:
hic ad Satricula castra ponunt. Priori Valerio samnitū legiones
eo nanq; omnē belli molem inclinaturā censebāt, occurrit. Simul
in campanos stimulabat ira promptos nunc ad ferenda nunc ad
arcessenda aduersus se auxilia. Vt uō castra romana uiderūt: fe-
rociter pro se quisque signū petere cepit. duces poscere: affirmare
eadem fortuna romanū campano latuꝝ opem: qua campanus si-
dicino tulit. Valerius leuibꝫ certaminibꝫ: tentandi hostis causa:
haud ita multos moratus dies, signū pugnæ proposuit. Paucis su-
os adhortatus: ne nouū bellum eos: nouusq; hostis terreret: q̄q̄ ab
urbe longius proferrent arma: magis magisq; tum contra imbelles
gentes eos prodire. Nec sidicinorꝝ campanorꝝq; cladibꝫ samnitiū
existimaret uirtutē. qualescūq; inter se certauerint necesse fuisse al-
teram prem uinci. Campanos quid haud dubie magis nimio luxu
fluentibꝫ rebꝫ mollitiæ q: sua q̄ ui hostiū uictos esse. Quid autē esse
duo prospera in tot seculis bella samnitū aduersus tot decora ppli ro.

qui triumphos pene plures q̄ annos ab urbe condita numerent. Qui oīa
circa se sabinos· etruriam. Latinos. hernicos. volscos. Aruncos. equos
domita armis hēant. Qui gallos tot proeliis cesos. Postremo ī mare
ac naues fuga compulerunt: cum gloria belli ac uirtute sua quēque
fretos ire in aciem debere: tum ā intueri cuius ductu auspicioque
meunda pugna sit: ut qui audiendus dūtaxat magnificus adhor-
tator sit: uerbis tm ferox operis militarīs expers. An qui ā ipē tela
tractare. procedere ante signa uersari media mole pugne sciat. Fa-
cta mea non dicta uos milites inquit sequi uolo: nec disciplinam mo
sed exemplū ā ame petere: non fachonibo mō nec p contiones usita-
tas nobilibus. Sed hac dextra mihi tres consulatus: sūmāq; laudem
peperi. Fili cum hoc dici poterat patritius eras. ā. & a liberatoribus
patrie ortus. & eodem anno familia ista consulatī quo urbs hec
consulem hūit. Nunc iam nobis patribo uobisque plebeis promiscu-
us consulatus patet. nec gentis ut ante: sed uirtutis est premiū. Proīn
summū quodq; spectate milites decus. Non si mihi nouū hoc corum
cognomen diis auctoribo homines dedisti. publicolarq uetustī fa-
milie nre cognomen memoria extulit. Semp ego plebē romanā
militie domiq; priuatus in magratibo pius magnisq; eque tribu
nus ac consul eodem tenore p omnes deinde consulatus colo atq;
colui. Nunc quod instat dis bene iuuantibo nomē atq; integrq de
samnitibus triumphū mecum pente. Non alias militi familiarior e
dux fui. omnia inter infimos militū haud grauate munia obeun-
do. In ludo preterea militari cum uelocitatis uirtūq; inter se equa-
les certamina meunt comiter facilis uincere. ac uinci uultu eodem
nec quenquā aspnari parem: qui secum conferrā: facilis benignus
ac dictis. haud minus libertatis alienq̄ q̄ sue dignitatis memor. &
quo nihil populare est: quibo artibo penetrat magratus ipsdē ge-
rebat. Itaque uniuersus exercitus incredibili alacritate: adhorta-
tionem prosecutus ducis: castris egreditur: proelīq; qd maxime
unq̄ pari spe utrinque equis uiribo cum fiducia sui sine contēptu
hostium cōmissū est. Samnitibo ferociam augebant notie res ge-
ste: & paucos ante dies geminata uictoria. Romanis contra qua-
dringentesq annosq decora: & condite urbis equalis uictoria. V-
triusque tm notus hostis curam addebat. Pugna inditio fuit: quos

gesserint animos. Nanq; ita conflixerunt: ut aliq̄diu in neutrā ptem
declinarēt: anes. Tū consul trepidatione īmiciendam ratus: q̄ndo ui
pelli non poterat: equitibo īmissis turbare prima signa hostiū conat.
Quos ubi nequicq̄ tumultuantes in spatio exiguo uoluere turmas
uidit: nec posse aperire in hostes uiam reuectus ad antesignanos le
gionum: cum desiluisset ex equo: nām inquit peditū illud militesest
opus. Agitedum ut me uiderint quacunq; incessero in acie hostium
ferro uiā facientē: sic pro se quisque obuios sternite. Illa omia qua
nunc erecte micant hastae, patefacta strage uasta cernent. Hæc e-
dicta dederat cum equites consulis nutu discurrūt in cornua legi-
onibo in mediam aciem aperiūt uiam. Primus omiūm consul inua-
dit hostem, & cum quo forte contulit gradum obtruncat. Hoc spe-
taculo accensi dextra leuaq; ante se quisq; memorandū prelium
ciebat. Stant obnixi sammites: q̄q̄ plura acciṗiant q̄ inferūt uul-
nera. Aliq̄diu iam pugnatū erat: ama cedes orta circa signa sam
nitum. fuga ab nulla erat pte, adeo morte sola uinci destinaue-
rant animos. Itaque romani cum & fluere iam lassitudine uires
sentirent: & diem haud multū superesse, accensi ira concitant se in
hostem. Tum primū referre pedē & inclinari rem in fugā appa-
rūt. Tum capi occidi sammites. Nec supfuisset multi: ni nox uicto-
riam magis q̄ prelio diremisset. Et romani fatebant nunq̄ cū
primatore hoste conflictum. & sammites cum quererentur quena
prima causa tam obstinatos mouisset: in fugam: oculos sibi roma-
norū uisos aiebant uesanosque uultus & furentia ora. inde plus
q̄ ex ulla alia re terroris ortum. Quem terrorem non pugnæ solum
euentu: sed nocturna profectione confessi sunt. Postero die uacuis
hostium castris romanus potitur: quo se omnis cāpanor multitudo
gratulabunda effudit. Cæteq hoc gaudiū magna prope clade in
samnio fœdatū est. Nam ab Satricula profectus Cornelius consul ex-
ercitū incaute in saltum caua ualle patentē circaque insessū ab ho-
ste induxit. Nec prius q̄ recipi tuto signa nō poterant īminentē capit
hostem uidit. Dum id more sammitib erat est: quoad totū in uallē
infimā demitteret agmen. P. Decius tribunus militū conspicat unū
editum in saltu collem īmentem hostiū castris aditu arduū impe-
dito agmini expedit haud difficilem. Itaq; consuli deterrito animi

uidet ne tu inquit Aule Cornelii cacumen illud supra hostem. Arx illa
& spei salutisque nrae si eam quā cæci reliquere samnites impigre
capiemus. Ne tu mihi plusq; unius legionis principes hastatosq; de-
terrs. cum quibꝫ ubi euasero in sūmum. perge hinc omī liber metu
teque & exercitū seruia. Neque enī moueri hostis subiectus nobis
ad omnes ictus sine sua pnine poterit. Nos deinde aut fortuna po-
pulo ro. aut nra uirtus expediet. Collaudatis ab consule acceptꝫ
præsidio: uadit occultus per saltum. Nec prius ab hoste est uisus. q̄
in loco quē petebat appropinquauit. Inde admiratione pauēntiꝫ
cunctis: cum omīum in se uertiss& oculos: & spatiū consulī dedit
ad subducendū agmen in æquiorē locum & in sūmo ipē cōstitit
uertice. Samnites dum huc atq; illuc signa uertunt: utriusque
rei omissa occasione: neque insequi consulem nisi p eandem uallem
in qua paulo ante subiectu telis suis eum habuerāt, possūt: nec erigē
agmen in captū super se ab detro tumulū. sed tum ira magis ī hos
qui fortunā gerendæ rei eripuerant: tum propinqtas loci atque
ipā ppauorat incitat: & nunc circūdare undique collem, armā-
tis uolunt: ut ab consule detrū intercludant: nunc itinera præfa-
cere: ut digressos in uallem adoriantur. Incertos quid agerent
nox oppressit. Detrū primū spes tenuit cum subeuntibꝫ in aduersū
collem ex supiore loco se pugnaturos. Deinde admirato intersit qd
nec pugnā inirent: nec si ab eo consilio iniquitate loci deterrerēt,
opere se uallo; circumdarent. Tum centurionibꝫ ad se uocatis:
quæ nā illa insana belli ac pigritia est: aut quo nā mō ish ex sidi-
nis campanisque uictoriā pepererunt? Huc atque illuc signa mo-
ueri, ac mō in unū conferri mō educi uidetis. Opus quidē incipit
nemo: cum iam circūdari uallo potuerimus esse: tū uo flos silēt
ustos simus: si diutius hic moremur: q̄ comodū sit. Agite dū me-
cum: ut dum lucis aliquid supest: quibꝫ locis præsidia ponant hīc
qua pateat exitus exploremus. Hæc omnia sagulo gregali amict'
centurionibꝫ item manipulariū militū habitu ductis: ne ducem
circūire hostes notarent plustrauit. Vigilis deīn despositis cæte-
ris omnibꝫ tesseram dari iubet. Vbi secundæ uigiliæ buccina da-
tum signū esset: armati cum silentio ad se conuenirent. Quo ubi sicut
edictum erat tacti cōuenerunt. Hoc silentiū militū inqt omisso

militari assensu in me audiendo seruandū est. Vbi sententiā meā uobis pegero tum quibꝫ eadem placebunt in dextrā ꝑtem tacit trā sibit: quæ pars maior erit eo stabilior consilio. Nunc qua mente a-gitem audite. Non fuga delatos nec inertiā relictos hinc uos arcuue hat hostis: uirtute cepistis locum uirtute hinc oportet euadatis. Veniendo huc exercitū egregium populi ro seruastis. Erūpendo i hinc uosmet ipos seruate. Digni estis qui pauci pluribꝫ opē tuleritis. ipī nullius auxilio egueritis. Cum eo hoste res est: qui hesterno die delendi omnis exercitus fortuna per socordiā usus non sit. Huic trā oportunū collem īminentem capiti suo non ante uiderit. q̄ captū a uobis: nos tam paucos tot ipī milibꝫ hominū: nec ascensu ārue-runt: nec tenentes locum cum diei tm̄ supessē: uallo circūdederūt. Quē uidentē atque uigilantem sic eluseritis. sopitum oportet fallatis īmo necesse est. In eo enī loco res sunt nr̄æ: ut uobis ego magis neces-sitatis index q̄ consilij auctor sim. Neq; enī maneatis an abeatis hinc deliberari potest: cum præter arma & animos armorꝫ memo-res nihil uobis fortuna reliqui fecerit. fame & sin moriendum sit: si plus q̄ uiros ac romanos decꝫ ferꝫ timeamus. Ergo una est salus erūpere hinc atq; abire. Id aut interdiu aut nocte faciamus opor-tet. Ecce autē aliud maius dubiū. quippe si lux expectetur: quæ spes est. Non uallo perpetuo fossaq; nos septurū hostem. qui nūc cor-poribꝫ suis subiectis undiq; cinxerit: ut uidetis collem? Atqui si nox oportuna est eruptioni (sicut est) hæc profecto noctis aptissi-ma hora est. Signo scdæ uigiliæ cōuenistis: quod tempus mortales so-no altissimo premit. Per corpora sopita uadens: uel silentio īcautos fallentes/uel sentiennibꝫ clamore subito pauorem iniecturi me mō sequimī quem secuti estis. Ego eandē quæ duxit huc sequar for-tunam. Quibꝫ hæc salutaria uidentur: agitedū in dextrā ꝑtem pedibꝫ transite. Omnes transierunt: uadentēque per intermissa custodijs loca: decium secuti sunt. Iam euaserant ꝑ media castra cum sup scandens uigilū strata somno corpora miles offenso scuto prebuit sonitum. Quo excitatus uigil cū proximū mouissē: erecti que alios concitarent ignari ciues an hostes essent: præsidiū erūpe-rent: an consul castra cepissē. Detus quē non fallerent. clamorē tollere iussis militibꝫ torpidos somno insup pauore exanimat.

Quo prepedit: nec arma impigre capere: nec obsistere: nec insequ po-
terant. Inter trepidationē tumultuīque samnitī: presidiū romanū
obuijt custodibꝫ cesis: ad castra consulis puadit. Aliq̄ntū superat
nocte: iāq; in uno uidebatur esse: cum Decius mache uirtutis īgt
Milites romani ecce ūm uer ac redditū omnia secula laudibꝫ ferret
sed ad conspiciendā tantam uirtutē: luce ac die opus est. Nec uos
digni estis: quos cum tanta gloria in castra reducet: silentiū ac nox
tegat. Hic lucem quieti opiamur. Dictis obtempatum: atq; ut pri-
mum illuxit: premisso nuntio ad consulem in castra ingenti gau-
dio concatantur. & tessera data/ incolumes reuerti: qui sua corpora
pro salute omniū haud dubio piculo obiecissent: pro se quisq; ob-
uiam effusi laudant: gratulantur: singulos uniuersosq; seruatores
suos uocant. Dijs laudes gratesq; agunt. Decium in celū ferūt. Hic De-
cij castrensis triūphus fuit incedentis per media castra cū armato
presidio coram in eum omīum oculis. Et omni honore tribuniū cō
sulī æquantibꝫ. Vbi ad pretoriū uentū est: consul classico ad contio
nem cōuocat: orsusque meritas Decij laudes interfante ipō Decio di-
stulit contionē. Qui auctor omnia post habenda dum occasio in mani-
bus esset & perpulit consulem: ut hostes & nocturno pauore attonitos
& circa collem castellatim dissipatos aggrederetur. Credere & aliqs
ad se sequendū emissos p saltum uagari. Iusse legiones arma capere
egressæque castris: cum per exploratores notior iam saltus esset & uia
patentiore ad hostem ducuntur. Quē incautū improuiso adortę/ cā
paulatī passim samnitū milites plerique inermes pallati essēt coire
in unum. nec arma capere nec recipere intra uallū se possēt. pauē-
tem primū intra castra compellunt. deīn castra ipa turbatis stanō
nibꝫ capiunt. Profertur circa collem clamor fugatq; ex suis quē
que presidijs. Itaque magna pars absenti hosti cessit. quos intra val
lum egit pauor. Fuere autē ad triginta milia cesi omnes. castra di
repta. Ita rebꝫ gestis consul aduocata contione p. Decij non cœpis
mō ante: sed cumulatas & noua uirtute laudes pagit. Et preter mi-
litaria alia dona aurea corona cum & centum bobus eximio q; uno
albo opimo auratis cornibus donat. Milites qui in presidio simul fu-
erant: duplici frumento inppetuum in presentia singulis bobus opi-
mis: binisq; tunicis donari. Secundū consulis donationē legiones gra

mineam coronā obſidionalem clamore domū approbanteſ deno impo-
nunt. Altera corona eiuſdem honoriſ uidex ab ſuo præſidio impoſita.
His decoratuſ inſignib bouem eximiū Marti īmolauit. Centū bouef
militib dono dedit: qui ſecum in expeditione fuerant. hiſdē militib
legioneſ libraſ farriſ & ſextariof uīni contulerūt. Omīaq; ea ingenti
alacritate p clamorem militarē indicem omīum aſſenſuſ gerebant.
Tertia pugna ad Sueſſulam cōmiſſa eſt: qua fugatuſ ab M. Valerio ſā-
nitū exercituſ omni robore iuuentutiſ domo accito certamine ultimo
fortunā experiri ſtatuit. Ab ſueſſula nunti trepidi capuam: inde eq-
teſ citati ad Valerium conſulem opem oratum ueniunt. Confeſtī ſigna
mota relictſque impedimentiſ: caſtrorꝫ ualido præſidio raptim agit
agmen. Nec procul ab hoſte locum pexiguum: ut quib præter eqſ
ceterorꝫ iumentorꝫ colonumq; turba abeſſēt: caſtriſ cepit. Samnitū
exercituſ: uelut haud ulla mora pugnæ futura eſſēt: aciem inſtruit. De-
inde poſtq̄ nemo obuiuſ ibat: infeſtiſ ſignis ad caſtra hoſtiū ſuccē-
dit. Ibi ut militem in uallo uidit: miſſi ab omni pte exploratum qd
in exiguum orbem contracta eſſent caſtra: paucitatē inde hoſtium
colligenteſ: retulere fremere omneſ acieſ complendaſ eſſe foſſaſ ſuc-
dendumq; uallum & in caſtra irrūpendum. Tranſactūque ea temeri-
tate bellum foret: ni ducеſ continuiſſent impetum militū. Ceterꝫ quia
multitudo ſua comeatib grauiſ: & primiſ ſedēdo ad Sueſſulā & cū
certaminiſ mora haud procul ab reꝫ omniū inopia eſſēt: placuit dum
incluſuſ pauerēt hoſtiſ frumentatū p agroſ militem duci. Interīque
& romano qui expeditiſ qntum humeriſ inter arma geri poſſit frumē-
ti ſecum attuliſſēt: defutura omnia. Conſul palatoſ p agroſ eū uidiſſēt
hoſteſ ſtationeſ infrequenteſ relictaſ: pauciſ militeſ adhortatuſ ad
caſtra oppugnanda ducit. Quæ cum primo clamore atque impetu
cepiſſēt: plurib hoſtium in centuriiſ ſuiſq̄ in portiſ ualloque cæſiſ.
Signa capta in unum locum conferri iuſſit. Relictſq; duab legioni
b cuſtodiæ & præſidij cauſa: graui edicto monitiſ: ut donec ipē reuer-
tiſſēt præda abſtinerent. Profectuſ agmine inſtructo cum præmiſſiſ
equeſ uelut indagine diſſipatoſ ſamniteſ agerent cædem ingentē fecit.
Nam neque quo ſigno coirent inter ſe, neque utrū caſtra peterent an lon
giorem intenderent fugam territiſ conſtare poterant. Tm̄ q; fugæ ac t
formidiniſ fuit: ut ad xl. milia ſcutorꝫ nequaq̄ tot cæſiſ & ſigna mi-

liraria cum his quæ in castris capta erant ad.clxx. ad consulē defertur. Tum in castra hostium rectum: ibiq; omnis præda militi data.
H tuus certaminis fortuna & falisco cum in induciis essent fœdus petere ab senatu coegit. Et latinos iam exercitibo compatis ab romano in peligno uertit bellum. Neque ita rei gestæ fama: italiæ se finibo tenuit: sed cartaginensis legatos gratulatū romam miserunt: cū coronæ aureæ dono: quæ in capitolio iunonis cella poneretur. Fuit pro pondo.xxv. Consules ambo de samnitibo triumpharunt sequente decio insigno cum laude domisq; cum incondito militari ioco. haud minus tribuni celebre nomen q̄ consulum essæ. Campanor& deiñ suessanor&q; auditæ legationes: precantibusque datū ut præsidium eo in hiberna mitteretur: quo samnitū excursiones arcerent. Iam cū mīme salubris militari disciplina capua instrumento oīum uoluptatum delinitos militum animos auertit a memoria patriæ. nūnabāturq; consilia in hibernis: eodē scelere adimendæ campaniæ capuæ: p quod illi eam antiquis cultoribo ademissent. Neque īmerito suū iporūq; exemplū in eos uersurum. Cur autē potius campani agrum italiæ uberrimū dignā agro urbem: qui nec se nec sua tutari possīt: q̄ uictor exercitus hret? Qui suo sudore ac sanguine inde sānites depulissæ: an æquū esse decimos suos illa fertilitate atq; amenitate perfrui? Se militando fessos in pestilenti atque arido circa urbem solo luctari: aut in urbe insidentem tabem crescentis in dies fœnoris pati? Hæc agitata occultis cōiurationibo: nec dum uulgata ī omēs consilia inuenit notius consul t. Martius Rutilius: cui campania i sorte euenerat prouincia: Q. Seruilio collega ad urbem relicto. Itaq; cum omnia ea sicut gesta erant p tribunos acta hret. & ætate & usu doctus: quippe qui iam quarto consul essæ: dictatorq; & cēsor fuisset: optimū ratus differendo spem q̄cunque uellent consilij exequendi militarem impetum frustrare uniorē dissipat. hisdem oppidis anno post præsidia hibernatura dimissa iam erant p cāpaniæ urbes manauerantque a capua consilia in exercitū omnem. Eo laxamento cogitationibo dato quieuit in præsentia sedino. Cōsul reducto in æstiua milite: dum quietos samnites hēbat: exercitū purgare remissionibo dicendo stipendia esse. alios graues iam ætate aut uiribo parum ualidos. Quidā in cōmeatus mittebantur singuli

primo. deinde ac cohortes quædā: quia procul a domo ac rebs suis
hibernassent p spem eiā militariū usuum: cum alij alio mitterent
magna pars ablegati: quā multitudinē consul alter romæ: prætor
q: alias ex alijs fingendo moras retinebat. Et primo quidē ignari lu-
dificationis mīme muti domos reuisebant. postq̄ nec reuerti ad si-
gna primos: nec ferme alium q̄ qui in campania hibernassent: præca
pueque ex his seditionis auctores mitti uiderant: primū admiratio
deinde haud dubius timor incessit animos: consilia sua emanasse. Iā
quæstiones iam iudicia iam occulta singulorū supplicia impotensque
& crudele consulum ac patrum in se regnum passuros. Hæc qui in
castris erant occultis sermonibs ferunt: neruos coniurationis erectos,
arte consulis cernentes. Cohors una cum haud procul Anxur essa
ad Lautulas saltu angusto inter mare & montes consedit: ad cōci-
piendos: quos consul alijs atq: alijs ut ante dictum est causis mitte-
bat. Iam ualida admodū numero manus erat: neq̄ quicq̄ ad iusti
exercitus formā præter ducem deerat. In compositi itaque prædātes
in agrum albanum pueniunt. & sub iugo albæ longæ castra uallo
cinguntur. perfecto inde opere reliquū diei de impatore sumendo sen
tentijs decertant. Nulli ex præsentibs satis fidentes: quē autē a roma
possent exciri et quē patrum aut plebis esse: qui aut se tanto periclo
scient offerat: aut cui ex iniuria insamentis exercitus causa recte com-
mittatur. Postero die cum eadem deliberatio teneret ex prædatori-
bus uagis quidā comptum attulerunt T. Quintiū in tusculano agri
colere urbis honorūque imemorem. Patriciæ hic uir gentis erat:
cui cum milite magna cum gloria actæ finē pes alter ex uulnere
claudus fecisset: rure agere uitam procul ambitione ac foro consti-
tuit. Nomine audito extemplo agnouere uirū: & quod bene uerte
ret acciri iusserunt. Sed pars spei erat uoluntate quicq̄ facturi.
Vim adhibere ac metum placuit. Itaque silentio nocti cū tectum
uillæ qui ad id missi erant intrassent somno grauem Quintiū op-
pressum nihil medium, aut impium atque honorē: aut ubi resistera
mortem ni sequeretur denuntiantes, in castra protraxerunt. Impa-
tor extemplo aduenienti appellatus insigniaque honoris exterrito
subito rei miraculo deferunt & ad urbem ducere iubent. Suo ma-
gis inde impetu q̄ consilio ducis conuulsis signis infesto agmine, ad

lapidem octauum : uia quae nunc apia est pueneruntᵗ. Issentq; con-
festim ad urbem nisi uenire exercitum dictatorēq; aduersus se M.
Valerium Corui dictum audissent: & M. equiti L Emiliū Mamer-
cum . Vbi primū in conspectu uentum est arma signaque extēplo
omnib⁹ memoria patriae iras pmulxit. Non dū erant tam fortes ad
sanguinē ciuilem : nec praeter externa nouerant bella ultimaq; rabi-
es secessio habebatur. Itaque iam ducesq; militesq; utrinq; congressus q̄-
rere ad colloquia. Quintus quē armorū & ā pro patria ne dū ad-
uersus patriam sanctas tenerat : Coruinus omēs caritate ciues praeci-
pue milites: & ante alios suum exercitum complexus ad colloqū pro
cessit. Cognito ei extemplo haud minor ab aduersarijs uerecūdia:
q̄ ab suis silentiū datum . Deos inquit imortales milites uros publi-
cos meosque ab urbe profectos, adoratu ita, uenia q; supplex
posci : ut mihi de uobis concordiae pte gloriā non uictoriā daret
Sanguis fuit eritque inde belli decus pariatur huic pax petenda est. Qd
deos imortales inter nuncupanda uota expposci. Cius me compotē
non uos facere potestis: Si memīsci uultis non uos in samnio nec in
uolscis: sed in romano solo castra hr̄e : Si illos colles colles quos cer-
nitis patriae urē esse. Si hunc exercitum ciuiū uoros. Si me consu-
lem urm : cuius ductu auspicioque priore anno bis legiones samni-
tium fudistis: bis castra ui cepistis. Ego sum M. Valerius Coruus mi-
lites: cuius uos nobilitatem beneficijs erga uos non iniurijs sensistis
nullius superbae contra uos legis : nullius crudelis senatus consulti
auctor. In omnib⁹ meis imperijs in me seuerior q̄ in uos. Ac si cui
genus: si cui sua uirtus: si cui & ia maiestas: si cui honores subdere
spiritus potuerit: is eram natus id specimen mei dederam : ea aetate
consulatū adeptus eram : ut potuerim tres & uiginti annos natus cō-
sul patribus quoque ferox esse non solum plebi. Quod facti dictum
ue consulis grauius q̄ tribuni audistis? Eodē tenore duos insequē-
tes consulatus gessi : eodem haec impiosa dictatura geritur: ut neque
in hos meos & patriae meae milites milites mitior: q̄ in uos horreo
dicere, hostes. Ergo uos prius ī me strinxeritis ferr̄ : q̄ in uos ego. Hic
signa canent: hinc clamor prius incipiet atq; impetus: si dimicā-
dum est. Inducite in animū quod non induxerunt patres aui q;
uri : non illi qui in sacrū montē secesserūt : non hi qui postea Auēti

num insederunt. Expectate dum uobis singulis: ut olim Coriola-
no matres coniugesque crinibꝫ passis obuiæ ab urbe uenīāt. Tum
uolscorꝫ legiones quia romanū habebant ducem queuerunt. Vos
uō Romanus exercitus ne destiterritis impio bello. Tite Quinti quo
cunque iste loco seu uolens seu inuitus constiterit si dimicandū erit
tum tu in nouissimos recipito. fugeris aut honestus tergūque ciui
dederis. q̄ pugnaueris contra patriam. Nunc ad pacificandum bene
atq; honeste inter primos stabis. & colloquij huius salutaris inter-
pres fueris. Postulate æqua & ferte. q̄q̄ uel iniquis standum est
ponus. q̄ impias inter nos conseramus manus. Titus Quintus ple-
nus lacrimarꝫ ad suos uersus. me quoque inquit milites. si quis usus
mei est. meliorem pacis q̄ belli habens ducem. Non nisi illa uolscus aut
samnis. sed romanus uerba fecit uir consul uir impator milites. cuius
auspicia pro uobis expti nolite aduersus uos uelle expiri qui pugna
rēt uobiscum infestus. & alios duces senatus habuit. qui maxime
uobis militibꝫ parcerꝫ. cui plurimū impatorum uiro credideritis eum
elegit. pacem & iam qui uincere possunt uolunt. Quid uos uelle o-
portet. quin omissis ira & spe fallacibꝫ auctoribꝫ nos ipos nra que
omnia cognitæ p̄mittamus fidei. Approbantibꝫ clamore omnibꝫ
T. Quintus ante signa progressus. in potestate dictatoris milites fo-
re dixit. orauitque ut causam miserorꝫ ciuium susciperꝫ. susceptā
que eadem fide qua rem p. administrare solitus essꝫ tueretur. si
bique priuatim nihil cauere. nolle alibi q̄ innocentia spem habere.
Militibꝫ cauendum quod apud patres semel plebi uterꝫ legionibus
cautum sit. ne fraudi secessio essꝫ. Quintio collaudato. ceteris bo-
num animū habere iussis. dictator equo citato ad urbem reuectus.
auctoribꝫ patribꝫ. tulit ad populum in luco petilini. ne cui militum
fraudi secessio essꝫ. Orauit & bona uenia quiritēs. ne quis eam rem
loco ferio ue cuiquā exprobraretur. Lex quoque sacrata militaris la-
ta. nec cui militi scripti nomen nisi ipō uolente deleretur. Addituq;
legi. ne quis ubi tribunus militum fuissꝫ. postea ordinū ductor essꝫ.
Sed id pp p. Salanū postulatum est. ab coniuratis. qui alterni prō-
pe annis & tribunus militū & primus centurio erat. quem nunc
primi pili appellant. Huic infensi milites erant quod semp aduersa-
tus nouis consiliis fuissꝫ. & princeps eorꝫ essꝫ. qui ab Lauciis fugis-

sent. Itaque cum hoc unum ꝑ Salanium ab senatu non impetrare-
tur: tum Salanus obtestatus patres con. ne suum honorē pluris
q̄ concordiam ciuitatis æstimarēt: perpulit ut id quoq; ferretur.
Aeque impotens postulatū fuit: ut de stipendio equitū merebāt aūt
triplex ea tempestate æs æra demerentur, quod aduersari comm-
rationi fuissent. Præter hæc inuenio apud quosdā L. Genutium
tribunū plebis tulisse ad populum: ne fœnerari liceret. Itē alijs ple-
biscitis cautum: ne quis eundem magistratum intra decem annos cape
ret: nec duos magistratus uno anno gereret. utrq; licere consules
ambos plebeios creari. Quæ si omnia concessa sunt plebi: apparet
haud partas uires defectionem habuisse. Alijs annalibo proditū
est: neque dictatorem Valerium dictum: sed per consules omnē rem
actam: neque ante q̄ Romam ueniretur. sed Romæ eā multitudi-
nem cōiuratorum ad arma consternata esse. Nec in T. Quinti tulla
sed in ædem L. Manlij impetum nocte factum: eūque ab cōiuratis
comprensum ut dux fieret. Inde ad quartū lapidem profectos
loco munito consedisse. Nec ab ducibo mentionem concordiæ ortā
sed repente cum in aciem armati exercitus processissent salutatio-
nem factam & ꝑmixtos dexteras iungere ac complecti inter se la-
crimantes milites cepisse: coactosq; consules cum uiderēt auersos
ab dimicatione militum animos retulisse ad patres de cōcordia
reconcilianda adeo nihil præter q̄ seditionē fuisse: eāque cōpositā
inter antiquos rerū auctores constat. Et huius fama seditionis:
& susceptum cum samnitibo graue bellum: aliquot populos ab ro-
mana societate auertit. Et præter latinorū infidum iā diu fœdus
priuernates & non ardeates tm: sed & Suessanū colonias romanas
incursione subita populati sunt.

AM CONSVLES ERANT L. PLANTIVS
sclo & T. Emilius Mamercus cū ardeates
consentini Norbanique romam nuntij
defectionis priuernanū cum querimonijs
acceptæ cladis, uenerunt. Volscorū itē ex-
ercitum duce antiate populo consedisse

ad Satricum allatum est. Vtrumq; bellum plantio forte euenit. prius
aut priuernum profectus, extemplo ante conflixit. Haud magno cer-
tamine deuicti hostes: oppidum captum redditumque. Priuernan
bus præsidio ualido impositio agri pte duæ ademptæ. Inde uictor
exercitus Satricum contra antiates ductus: ibi magna utrinque
cæde atrox prælium fuit. Et cum tempestas eos neutro inclinata
spe dimicantes diremisset: romani nihil eo certamine tã ambiguo
fessi in posterũ diem prælium parant. Volsci recensentibo qt uiros
amissent in ante: haud quaq; idem animus ad iterandũ periculũ
fuit: nocte prouectis antium agmine trepido: sarcinis ac pte impe-
dimentorũ relicta: abierunt. Armorũ magna uis tum inter caesa
corpora tum in castris inuenta est. Ea Marti dare se consul dixit:
finesq; hostium usque ad oram maritimã est depopulatus. Alteri
consuli Emilio egresso ad bellum: non castra samnitũ: non legiones
usq; oppositæ: ferro ignique uastantem agros: legati samnitũ pa-
cem orantes adeunt. Ab quo reiecti ad senatum: potestate facta di-
cendi: posiris ferocibo animis: pacem sibi a romanis: bellique uis
aduersus sidicinos petierunt. Quæ se eo iustius petere: quod ẽ
amicitiam populi ro. secutis suis rebo non aduersis: ut campani uenis
sent & aduersus sidicinos sumerent arma. Suos semp hostes popli
ro. nunq; amicos: qui nec ut samnites in pace amicitiam: nec ut cã-
pani auxilium in bello petissent: nec in fide populi ro. nec in dictione
essent. Cum de postulatis samnitũ T. Emilius prætor senatũ consu-
luisset: reddendũq; his fœdus patres censuissent: prætor sãnitibo
respondit: ne quo minus ppetua cum eis amicitia esset p poplm ro.
stetisse: nec contra dici: qn qm ipos belli culpa sua contracti tediũ
ceperint: amicitia deintegro reconcilietur. Quod ad sidicinos p
tinet: nihil interedi: quo minus samnitis populo pacis belliq; liber
arbitriũ sit. Fœdere icto cum domũ reuertissent: extemplo inde
exercitus romanus deductus annuo stipendio & trium mensium
frumento accepto: quod pepigerat consul: ut induti ipis darẽ:
quoad legati rediissent: samnites copis isdem quibo usi aduersus
romanum bellum fuerant contra sidicinos profecti haud in dubia
spe erant: mature urbis hostium potiundæ. Tum ab sidicinis deditio
prius ad romanos fieri cœpta est. deinde postq; patres ut serã eam

ultimaq; tandem necessitate expressam aspnabantur/ ad latinos iā
sua sponte in arma motos facta est. Nec campani quid adeo iniuriæ
samnitū q̄ beneficijs romanorū memoria præsentior erat: his se ar-
mis abstinuere. Ex his tot populis unus ingens exercitus: duce la-
tino: fines samnitū ingressus: plus populationib⁹ q̄ prœlijs cladiū
fecit. Et q̄q̄ superiores certamib⁹ latini essent: haud inulti: ne sæpius
dimicandū foret: agro hostium cessere. Id spatiū samnitib⁹ datū
est romā legatos mittendi. Qui cum adijssent senatum/ conquesti
eadem se fœderatos pati: quæ hostes essent passi precib⁹ infimis pe-
tere: ut satis ducerent romani victoriam quā de samnitib⁹ ex cam
pano sedicinoq; hoste eripuissent: ne uinci &; se ab ignauissimis po-
pulis sinerent. Latinos campanosq; si sub ditione populi ro. essent
pro imperio arcerent samniti agro. si impio abnuerent armis coar-
cerent. Aduersus hæc responsum accepit datum: quia fateri pigebat
in potestate sua latinos iam non esse: timebantq; ne arguendo ab
alienarent. campanorū aliam conditionē esse qui non fœdere sed p
deditionem in fidem uenissent. Itaq; campanos seu uelint seu nolint
quieturos. In fœdere latino nihil esse quod bellare cum quib⁹ ipī uelīt
prohibeantur. Quod responsum sicut dubios samnites quid nā factury
romanū censerent dimisit: ita campanos mentu abalienauit. Latinos
uelut nihil iam non concedentib⁹ romanis feroniores fecit. Itaque
per spē aduersus samnites belli parandi crebra concilia indicēt
omnib⁹ consultationib⁹ inter se principes occulte romanū coque-
bant bellum. Huic quoq; aduersus seruatores suos bello cāpanus
aderat. Sed q̄ q̄ omnia de industria celabantur prius q̄ moueren-
tur romani tolli ab tergo samnitem hostem uolebant: tm̄ p quosdā
priuatis hospitijs necessitudinib⁹q; coniunctos indicta coniurationis e-
ius romam emanauerāt. Iussisq; ante tempus consulib⁹ abdicare se
magīratu: quo maturius noui consules aduersus tantā molē belli
crearentur/ religio incessit ab eis quorū īminutum impium esset
comitia haberi. Interregnū itaque initum. Duo interreges fuere M.
Valerius &; M. fabius. Creati consules T. Manlius torquatus tertio:
p. Decius Capanus. Eo anno Alexandry ephyrri regem in italia
classe appulisse constat. Quod bellum si prima satis prospera fuissā
haud dubiæ ad romanos pueniss&;. Eadē ætas rery magni Alex

andri est quem sorore huius ortum in alio tractu orbis inuictū bellū
iuuenem fortuna morbo extinxit. Cæteꝝ romani ⁊ si defecto so
rioꝝ nominisq; latini haud dubia erat: tñ tamq; de samnitibꝫ nō
de se curam agerent: decem principes latinoꝝ romam euocauerūt
quibꝫ imparent quae uellent. Prætores tū duos latinū habebat L.
Anniū Septimiū & L. Mamiliū Tretensem, ambos ex colonis roma
nis. per quos præter sigmam uelitras & ipas colonias romanas uol
sci & exuli ad arma erant. Eos nomiatim euocari placuit. Haud
quaq; dubiū erat. super qua re exciterentur. Itaq; concilio prius ha
bito prætores: q; romam proficiscerentur euocatos se ab senatu doce
rent & quæ acturi in senatum crederent: quid nam responderi ad
ea placeret referrent. Cum aliud alij censerent: tum animus q; ipe
ego retuli quid responderi placeret: tñ magis ad summam rei per
tinere arbitror quid agendum nobis: q; quid loquendū sit. Facile e
rit explicatis consilijs accomodare rebus uerba. Nam si & nunc sub
umbra fœderis æqui seruitutem pati possumus. Quod abest qm pro
ditis sediciosis non romanoꝝ solum: sed samnitiū quoq; dicto parea
mus: respondeamusq; romanis nos ubi mouerint arma posituros.
Sin autē tandem libertatis desiderio remordet animos. si fœdus est:
si sponsas æquatio iuris est: si consanguineos nos romanoꝝ esse quod
olim pudebat: nunc gloriari licet. Si socialis ille exercitus is est quo
adiuncto duplicent uires suas: quem secernere se consules belli pro
pris ponendis sumendisque uoluit. Cur non omīa æquantur. cur
non alter ab latinis consul datur. Vbi pars utrum ibi & impij pe
est. Et quid nobis hoc per se haud minus amplum Quippe conceden
tibꝫ romā caput lacio esse: sed ut amplius uideri possit: diuturna pa
tienna facimus. Atqui si qn unq; consonandi imperij usurpandæ
libertatis tempus optatis: en hoc tempus adest: & uirtute ura et
deum benignitate uobis datum. Temptatis patientiā negando i
militem. Quis dubitat exarsisse eos cum plus ducentoꝝ annoꝝ mo
rem soluerimus: Pertulerunt tñ hunc dolorem bellum nro nomine
cum periculosissimus: qui moꝝ quid finium nobis per nos tuendoꝝ
ius antea non dabant nihil interesserunt. Sidicinos in fidē receptos
campanos ab se ad nos desciscere. Exercitus nos parare aduersus sam
nites fœderatos suos audierunt: nec mouerunt se ab urbe. Vn hæc

